Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Historia scholastica

https://hdl.handle.net/1874/304227

E. fol.
100

Iste liber pertinet Regularib⁹ In Traiecto

Inc. Cat 199, 588
Theologia
Folio nº. 100.

Rariora

588. **Petrus** Comestor (Mangeur), Historia scholastica super Novum Testamentum cum additionibus et incidentiis. Utrecht, Nic. Ketelaer en G. van Leempt 1473. 2º. E. 2º, 1001

144 bl., 29, 30, 31 r., z. sign., type 1. — HMT 37 (38) 1a, b. — HC 5540. — CA* 1404. — MMW II 202. — Peddie II p. 188. — Pell. 3879. — Pr. 8839. — Bl. 1 □. Bl. 2a: Secunda pars hysto2ie scholastice: que/ est de nouo testamento. Incipit feliciter.// De cō̄ceptione p2ecurso2is. Titul⁹ p2im⁹.// [(F)⁶]Vit autem in diebus herodis regis iudee/. Bl. 143b, r. 18: Explicit secunda pars hysto2ie scholastice: que est de nouo/ testamento. Imp2essa in traiecto inferio2i: per magistros/ Nychola ū ketelaer et Gherard ū de Leempt. M⁰.cccc⁰.lxxiij⁰. Bl. 144 □. — Zie voor de beschrijving de aanteek. bij CA *1404.

Samengeb. met nr. 199. — In den catalogus van 1670.

Defensorium 199.

Defensorium fidei contra Judaeos...
Utrecht. Nic. Ketelaer & G. van Leempt
circa 1473. fol.

E. fol. 100 a

vierde exemplaar

Op het eerste en het laatste schutbl.: „Iste liber pertinet Regularibus In Traiecto". — In oorspr., beschadigden led. stempelband, waarvan de stempels zijn beschr. en afgeb. bij Hulshof-Schretlen p. 5 pl. I 4, 8. — Samengeb. met nr. 588.

Hic ꝯtinet q̄ sequunt

Scolastica hystoria de nouo testamento
Defensorium fidei qd dicit belial
Johannes de terre cremata de salute anime
Dyalogus cassiodori et liberii p defensione athanasii

doorl. [illegible]

N 155. c.

Secunda pars hystorie scholastice: que est de nouo testamento. Incipit feliciter.

De cōceptione precursoris. Titul⁹ prim⁹.

Fit autem in diebus herodis regis iudee effluxis annis regni eius. xxx. sacerdos quidam nomine zacharias de vice abya. et vxor eius aaronita nomine elizabeth Etenim dauid ampliare volens cultum domini. xxiiij. instituit sūmos sacerdotes quoꝝ vnus tantum maior erat qui dicebatur princeps sacerdotum. Statuit aūt. xvi. viros de eliasar. et viij. de ythamar et scōm sortes dedit cuiqꝫ ebdomadam vicis sue. Abyas aūt habuit octauā ebdomadā. de cuius genere zacharias cum in die propitiationis incēsum poneret. p̄dixit ei angelus nasciturū sibi filiū de vxore. Qui considerans sterilitatē vxoris et vtriꝰqꝫ senectutē nō credidit. et ob hoc obmutuit vsqꝫ ī diē partus. Nomen qꝫ pueri et magnificentiā cū abstinentia ei indicauit. Cōcepit aūt elizabeth. et occultabat se mēsib⁹. v.

De conceptione saluatoris.

Mense autē. vi. missus est gabriel ī nazareth ad mariā virginem desponsatā ioseph. Cūqꝫ ea salutata dixisset eam parituram ihesum filiū altissimi: quesiuissetqꝫ quō hoc fieret. cū se nō cognituram virum in aīo nouisset nisi aliter deus disponeret. addidit angelus non de viro sed ope spiritꝰ sancti conceptura etiā concepisse cognatam suam elizabeth sibi indicauit. Permixte enim erant sacerdotalis tribus et

regia. Nam et aaron vxorē habuit de iuda elizabet sororem naason et ioiada pontifex: iocabeth filiam regis ioram. Et ait maria. Fiat michi scōn verbum tuum. Et statī cōceptꝰ est xp̄s de virgine maria plenus homo ī aīa et carne. ita tn̄ ꝙ lineamenta mēbrorꝫ visibus discerni non possent. Creditꝫ autem conceptus. viij. kal. aprilis. et reuolutis. xxxiij. annis eodem die mortuus.

De ortu p̄recursoris.

Surgens autem maria in diebus illis abīt ī ciuitatē iuda. Iuda nomen est regni non tribus. Jherusalem enim. ī tribu bēiamin erat. per quā forte trāsiuit ad oppidū in quo dicunt tūc zachariam habitasse quarto miliario ab iherusalem. et ibi natum iohannē. vt legitur in libro iustorꝫ ꝙ beata virgo primo leuauit eum a terra. Et cum salutasset elizabeth: exultauit infans ī vtero eius. et cum matrem dn̄i sui et beatam prophetaret eam elizabeth. Maria canticum edidit domino dicens. Magnificat aīma mea dominum ꝛc. Mansit autem maria ibi mensibus tribus ministrans cognate donec pareret. Et tunc redīt in domum suam. Octauo autem die cum circumcideretur puer et vocarent eum noīe patris sui zachariam: ait mater. Johannes est nomen eius. Idipsum scripsit et pater eius: sumpto pugillari. Est autem pugillaris vel tabella que pugno potest includi. vel calamꝰ scriptoris. Et apertum est os zacharie et prophetans cāticū fecit domino. Benedictus dn̄s deus israhel quia visitauit ꝛc. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu. et erat in desertis locis vsqꝫ in diem ostētionis sue ad israhel. Reuertēs autem maria nazereth inuenta est a ioseph in vtero habēs de spiritu sancto. Qui nolens eā traducere in cōiugē occulte

voluit eam dimittere. In ſompnis autem ām̄onitus eſt ab angelo. vt acciperet eam in coniugem. et ne ſuſpicaretur ad ulterium conceptum puerum de ſpiritu ſancto indicauit. et vt ihesum vocaret: precepit. quia ſaluū faceret populum a peccatis eoꝝ. Et ex hoc cognouit ioſeph deum naſciturum qui ſolus peccata dimittit. Et accipiens ſponſam in vxorem cū virgine virgo pmanſit. Habuit autem virgo virum ne grauida infamaretur. et vt viri ſolatio et miniſterio frueretur. et vt dyabulo occultaretur dei partus.

De deſcriptione orbis.

IN diebus illis exiit edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſis orbis. Volēs ſcire ceſar numeꝝ regionū in orbe. que romane ſuberant ditioni. numerū etiā ciuitatū in qualibet regione. numerū quoq; capitū in qualibet ciuitate preceperat. vt de ſuburbanis oppidis vicis et pagis: ad ſuam confluerent homines ciuitatem. et maxime vt vbicūq; habitarent ad ciuitatē conuenirent. vnde trahebāt originē Et quiſq; denarium argenteum precij. x. nūmoꝝ vſualium. vnde et denarius dicebatur preſidi prouintia tradens ſe ſubditum romano īperio profiteret. Nam et nummus p̄ferebat ymaginem ceſaris et ſupſcriptionem nominis eius. Et quia numerus eoꝝ qui capite cenſi ferebātur. certo determinabat numero et redigebant in ſcriptis. ideo profeſſio huiuſmodi deſcriptio vocata eſt. Hec deſcriptio prima facta eſt a preſide ſyrie cyrino. Prima dicitur: quātum ad cyrinum ſyrie p̄ſidē Quia enim iudea in vmbilico noſtre habitabilis eſſe dicit. prouiſum eſt vt in ea inchoarent. et deinde per circumſtātes regiones alij preſides proſequerentur. Vel forte prima. ideſt

vniuersalis quia alie p̄cesserunt pticulares vel forte prima capitum in ciuuate fiebat a p̄side. Secunda ciuitatum in regione a legato cesaris. Tercia regionum in orbe coram cesare. Hic primum iudea facta est stipendiaria romanis. Hec descriptio quot annis fieri videt̄ quia in euangelio legitur. Magister noster non soluit hoc anno tributū. Ascendit aūt et ioseph a nazareth in bethleem eo qō esset de domo dauid vt profiteretur cum maria vxore eius pregnante. Si mulieres profitebant̄ iungēdum est sic. vt profiteret̄ cum maria. Si soli viri sic ordo est. Ascendit ioseph cū maria, Inci. Et q2 hec duo cātica euāgelica sunt: ideo eo stantes cātam9. Hec duo cantica non cantantur in ecclesia. eo ordine quo sunt edita. prius enim cantatur. qō secundo est editū. Quia enim in cantico zacharie legitur. Et erexit cornu salutis. qō est factum in resurrectione. et quia loquitur ad puerum. Tu puer propheta. qui fuit aurora solis. ideo canitur in laudibus. Et quia legitur in cantico virginis. Respexit humilitatem ancille sue ecclesie. s. et ipsius marie. ꝙ quiō factum est in. vi. etate et agit de incarnatione ibi. Suscepit israhel puerum suū. Ideo canitur ad vesperas in. vi. s. officio diuino Tercium canticum symeonis qō sequitur in. vij. officio. i. in cōpletorio. q2 orat se dimitti in pace qō fit in. vij. quiescētiū

De ortu saluatoris.

Factum est cum esset ibi: peperit virgo filium suū primogenitū. non ꝙ post eum alius sed ante quē nullus. et pānis inuolutū reclinauit eum in p̄sepio. quia non erat ei locus in diuersorio. Difficile enim fuerat pauperibus ꝙro frequētia multoꝝ qui ob idipsum cōuenerāt vacuas īuenire

domos. et in cōmuni transitu qui erat inter duas domos opi
mentum habens qđ diuersorium dicitur se receperunt sub
quo ciues ad colloquendum vel conuisendum in dieb⁹ ocij
vel pro aeris intemperie diuertebantur. forte ibi ioseph pre
sepium fecerat boui. et azino. quos secum duxerat in quo re
positus ē ihesus. Ad qđ quidā referūt illud ysaie. Cognouit
bos possessorem suum et azinus presepe domini sui. Et illđ
abacuc. In medio duū animaliū cognosceris. etiā in picturis
ecclesiarū. que sunt quasi liber laicoꝝ hoc rep̄sentat̄ nobis.
Incidēs. Dicitur quia fenum in quo iacuit ihesus delatum
est rome ab helena. et est in ecclesia sancte marie maioris.
infra basilicā nō longe a presepio. quiescit iheronim⁹. paula
quoqꝫ et eustochiū in bethleem quiescunt. Inci. Specus
erat in rupe foris bethleem in quo postea teste iheronimo
gentiles planxerunt adonidē.

De natiuitate domini.

Natus est aūt saluator āno regni augusti cesaris. xlij.
suspicio et camerino consulibus. Annos enim. xij. qui
a morte iulij fluxerunt vsqꝫ ad actium bellum regno augusti
connumeramus anno. v. regni herodis. xxx. vniuerso orbe
pacato olympiadis centesime. xciij. anno tercio ab vrbe con
dita. dcc. lij. Natus est autem nocte dominice diei. quia si ta
bulā cōpoti retro ꝑcurras. inuenies huius anni cōcurrentē
. v. regularē ianuarij. iij. quibus iunctis et sublatis. vij. vn⁹
remanet. Itaqꝫ kal. ianuarij ī dn̄ica īuenies ꝙ cōcurrit. Nā
ea die qua dixit fiat lux. et facta ē lux visitauit nos oriens
ex alto. Inchoata vero est scđm quosdam sexta etas a nati-
uitate xp̄i scđm apostolum qui ait. Cum venerit plenitudo
tēporis ꝛc. Scđm alios vero a die qua baptizatus ē propter

vim regeneratiuā datā aquis. Scōm alios a passione. quia tunc aperta est porta. et inchoata est septimā quiescentiū. Fluxerunt quidē ab adam anni. v. milia. c. xcvi. Ab abrahā vero. ñ. milia. c. duodecim scōm. lxx. scōm hebreos vero lōge pauciores. Incidens. Ad hoc q̄ kalendæ aprilis fuerunt feria sexta. post mortem ihesu in anno eodem sequens dies natiuitatis eius fuit in dominica et idem fuit in anno conceptionis et natiuitatis.

De cantico angelox et circūcisione domini.

Et pastores erant vno miliario a bethleem in regione eadem custodientes vigilias noctis super gregē suū. Mos fuit antiquioribus in vtroq̄ solsticio vigilias noctis custodire ob solis venerationem qui forte et apud iudeos ex vsu cohabitantiū ioleuerat. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos annuncians eis saluatorem natum in bethleem. et in signum puerum positum in presepio nunciauit. Et fcā est cum eo multitudo angelox dicentium. Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia per cristum glorificatus est pater et pax facta est inter deum et hominem inter angelum et hominē inter iudeum et gentilē. Pro hac multitudine angelox vel pro grege pastox volūt quidā locū illū prophetice dictum turrim gregis ibi. Et tu turris gregis nebulosa. Cum tñ iam primo contraxerat hoc nomen locus idem. quia iacob pauit ibi gregem cum rachel parturiret. Et transeuntes pastores vsq̄ in bethleem inuenerunt verbum qđ factum erat ad eos. Et qui audiebant mirabātur sup hīs que dicebant̄ a pastoribus ad eos. Maria quoq̄ cōseruabat omnia verba hec cōferens in corde suo. de qua natus est ihesus. vt putabatur filius ioseph. Xp̄i enim

generatio sic erat. Prima quidē condicio hominis de terra. Secunda de latere viri. Tercia ex viro et femina. Quarta sic erat. vt sine viro nasceret̄ homo de femina. vnde et appropriata circūlocutione pro noīe xps filius hominis dict? est Prima et secunda generatio ruerunt. In tercia de ruina generamur. In quarta de ruina suscitamur. Octauo die circūdederunt puerum. et declarauerunt nomen eius esse ihesum qp impositum erat ei ab angelo priusq̄ conciperet̄. Inci. Dicitur qp preputium dn̄i delatum ab angelo karulo magno in templo dn̄i. et translatū ab eodem aquisgrani. et postea a karulo caluo positum in ecclesia saluatoris apud carosiū in pictauia. Incidens. In gestis pontificum legit̄. qp ea que sequuntur euangelica verba theleſphorus adiecit.

De magis et stella preuia.

Tercia decima vero die ecce magi venerunt ab oriēte iherosolimā dicētes. Vbi est qui natus ē rex iudeor? Vidimus enim stellam eius in oriente et venim? adorare eū Successores isti fuerunt doctrine balaam. qui stellam eius vaticinio nouerūt et a magnitudine scientie magi nūcupati Quos enim greci philosophos perse magos appellant. Venerunt autē a finibus persar et chaldeor vbi fluuius ē saba. a quo et sabea dicitur regio. Quidam tamē non eos magos primo putant dictos. sed postq̄ dolum herodis per aliā viā reuertentes: fefellerunt. Crisostom? dicit stellam multo ante tempore q̄ xps nasceretur apparuisse eis. et ita multo tpe de longinquo venerunt. Potuit tamen fieri vt in. xiij. dieb? sp dromedarios sedentes longa terrar spacia transmearent Audiens magos herodes rex turbatus ē. et oīs therosolima

cū illo. Timuit rex ne quis de semine hircani vel aristoboli natus esset regnatur?. se tamq̄ alienigena destituto. Turbat autem ciuitas nouitate miraculi percussa. Cumq̄ diligenter didicisset rex ortum stelle a magis vt per eum natale pueri cognosceret etiā a sacerdotibus et scribis scisciabatur vbi cristus nasceretur. Qui iuxta micheam in bethleem effrata nasciturum dixerunt. bethleem prius dicta est effrata ab vxore caleph: que ibi sepulta est. quā quidā suspicabantur filiam fuisse hur et marie sororis moysi. Postea vero post famosam sterilitatē pro qua elimelech cum domo sua abīt ad moabitas. cum reddita fuisset ei incredibilis vbertas. dicta est bethleem q̄ sonat domus panis. Dixit autē rex magis. vt inuentum puerum sibi indicarent. vt veniens eum adoraret. Jam enim animū direxerat ad perdendū puerū. Quos egredientis de iherusalē stella antecedebat. vsq̄ dū veniens staret supra domum vbi erat puer. Dicit fulgentius. stellam tunc creatā notabilē. et discretā ab alijs. et in splēdore quē lux diurna nō impediuit. et in loco. quia neq̄ in firmamēto cum stellis minoribus erat. nec in ethere cum planetis. sed in aere vicinas terris tenebat vias. et īmotu quia pri? īmobilis super iudeam magis signum dedit veniendi in iudeam. Qui ex deliberatiōe sua iherusalē tā q̄ caput iudee audierūt Quibus egressis: tūc primo motu notabili p̄cessit eos. Que pacto officio mox esse desiit reuertens in preiacentē materiā vnde sumpta fuerat. Tamen quidam tradunt bedam voluisse q̄ in puteū bethleemiticū ceciderit. et post in diebus paule et eustochij quasdam virgines deo dicatas eam miraculose vidisse. Qō quia fabulosum estimauerūt fratres cū quibus monasticā ducebat vitam eum a cōmunione sua quandoq̄ sepauerunt.

De oblatione et nominibus magoꝝ.

Ingressi vero magi domum quā lucas diuersoriū noīat obtulerunt puero singuli aurum. thus. et mirram. scōm consuetam sabeis oblationē. inde signantes eum regem. deū. sed mortalem. Nomina triū magoꝝ hec sunt. hebraice. appellius. amerus. damasc9. grece: galgalath magalath. sarachim. Qui cū deliberarent de reditu responsum est eis in sompnis ne redirent ad herodem. Et venientes tharsum cilicie conducto nauigio redierunt in regionem suam.

De ypapanti domini.

Et postq̄ impleti sunt dies purgatiōis marie. tulerūt puerum ihesum. vt sisterent eum domino. i. offerendo presentarēt. Et dederūt hostias pro eo. par turturū, et duos pullos columbaꝝ. Insup redemerunt eū. v. siclis argenti. Et erat in iherusalē symeon senex qui acceperat a spū sancto nō visurū se mortem nisi prius videret xp̄m domini. et tūc eodē spiritu venit in templum. et accipiens puerū in vlnas. sciēs eum xp̄m ait. Nunc dimittis domine ā. Et prophetans de passione xp̄i: ait ad mariam. Et tuam ipsius animā ptrāsibit gladius. i. passio ipsius. Non enim absq; materno dolore. potuit videre filium crucifigi. et si speraret resurrecturum. Vel ita. Animam ipsius que et tua est quā. s. quasi tuam diligis ptrāsibit gladius. Eadem hora supuenit āna prophetissa. et loquebat de illo omnibus qui expectabāt redeptionē israhel

De fuga domini in egyptum.

TUnc herodes videns q̄ illusus esset a magis. Videns enim herodes magos sibi nichil renunciasse putauit eos visione stelle deceptos. et ideo erubuisse redire ad eum. et ideo ab inquisitione pueri cessauit. Sed cum audisset que dicta fuerant a pastoribus et maxime prophecias symeonis et anne sensit se illusum et de morte pueroꝝ bethleemitarū tractabat vt ille quē ignorabat cū eis occideret̄ propterea p̄ āmonitionem angeli fugit in egyptum ioseph cum puero et matre eius vsq; ad obitū herodis. Cumq; ingrederetur dn̄s egyptū. corruerūt ydola egypti. scōm ysaiā qui ait. Ascēdet dominus nubē leuem et ingredietur egyptū. et mouebunt̄ simulachra egypti. Traduntq; q̄ sicut in exitū filioꝝ israel de egypto non fuit domus egypti. in qua deo procurante nō iaceret mortuū primogenitū: ita nec modo tēplum in egypto in quo non corruisset ydolum.

De nece pueroꝝ et quare dilata per annum.

HErodes autem dum de nece puerorum disponeret per epistolam citatus est ab augusto cesare: vt romam iret accusationi filioꝝ responsurꝰ. Tn̄ iosephus dicit q̄ alexādrū filium suum secum romā traxerit et veneni sibi properi parati eum apud cesarem postulauerit. Qui cum iter faceret p̄ aliciam audiens naues tharsensium magos transuexisse in spiritu vehementi combussit naues tharsis. scōm qō dauid prophetauerat. xlvij. psalmi in spiritu vehementi cōteres naues tharsis. Cum vero coram cesare disceptasset pater cum filijs hac lege facta est reco̅ciliatio. vt adolescentes patri in omnibus obedirent. ipse autē regnum dimitteret cui vellet. nondū tamen suspitionibus liberatus erat. Veniēsq; iherosolimā p̄ populo conuocato tribusq; filijs astātibus. et cōcordiā

fratrum a cesare factam exposuit. et se successoris iudicem constitutum ne iudei regnū ad suos rediturum existimarent Tunc cōfirmatus in regno herodes certius q̄ prius mittēs occidit oēs pueros qui erant in bethleem et in oībus finib⁹ eius. a bimatu et infra scōm tempus qō exquisierat a magis quox maxima pars tercio miliario a bethleem ad austrū se pulta est. Plurimi sententia. et vsitatior hec est. Ortam dicerat stellam herodes eadem die qua natus erat dominus et scōm ortum stelle ihesum anniculum esse sciebat et insup aliquot diex. ideo super etatem eius vsq; ad bimos et infra vsq; ad vnius noctis infantē deseuit in pueros, timens pueri morphoseon ne. s. puer tui sidera famulabantur supra etatem suam vel infra transformaret faciem suam. Crisostom⁹ dicit stellam apparuisse p annū ante domini natiuitatē. Credebat herodes tunc etiam dominum fuisse natum et putabat dnm bimum esse cum adiectione paucox dierum. et ideo occidit pueros bimos. et deinceps vsq; ad. v. annos. sed nō minores bimis. et exposuit bimatum. et infra scōm rationem numeri. Sicut enī ratione temporis minores bimis. inferiores sunt eis. quia post nati sunt. ita ratione numeri maiores bimus īferiores cū eis quia post eos numerant cui assertiōe videt facere fidem. q̄ quedā ossa innocentiū habentur adeo grādia que bimorum esse non possent. Potest ad hoc dici q̄ longe maioris tunc erant homines quantitatis quā modo sunt.

Qō cōminatio iheremie etiā prophecia fuit.

TUnc impletū ē illō ihere. vox ī rama audita ē plo. &c. Rama locus est iuxta gabaa. xij. miliaria distans ab vrbe bethleem. vbi fere deleta est tribus beniamin propter

vxorem leuite pauci superstites planxerunt mortuos suos. hoc autē videtur Iheronim⁹ potius induxisse cōminando q̄ prophetando: Minabatur enim tantā iminere ruinā duab⁹ tribub⁹. quāta facta furat in filiis rachel. cum plangentiū vox audita est in rama. Tamen etiā prophetauit de nece puuloꝝ vt matheus ait. et tunc rama non est nomen loci. sed quia rama excelsū sonat idē ē ac si dixisset. Vox ī excelso audita ē videt̄ q̄ debuisse dici. Lya ploras filios suos cū bethleemite de tribu iuda fuerunt. Sed quia tribus beniamin continua fuit iude: insinuauit euangelista multos de beniamin fuisse occisos pro vicinia ad aggregandū scelus herodis. Vel quia rachel iuxta bethleem sepulta ē. vno miliario a bethleem in tumulo cui⁹ iacob posuit. xij. lapides p grādes in signū filioꝝ suoꝝ. Prophetico locutionis modo dicit̄ ea egisse. qui ī loco eodem gerebant̄. Et noluit cōsolari quia nō sunt. i. inconsolabiliter dolebat de eo q̄ nō sunt. i. de eo q̄ mortui esse desierāt Innocentes quidem martires laxato vocabulo dicuntur non quia testes cristi. Sed quia post cristo occisi sunt. quē si nō loquendo moriendo confessi sunt. Pro quo etiā ecclesia pro eis sollempnizat quāuis ad inferos descēderat. vnde et in eoꝝ sollēpnitate cantica leticie subticent̄. s. Te deū laudamus. et gloria in excelsis. Et pro alleluya: quidam dicunt. Laus tibi xp̄e. Alij vero. Cantemus eya. Inci. Martires dicuntur quādoq̄ qui moriuntur loco xp̄i vt innocentes pueri. q̄nq̄ pro eiusn cofessione. vt stephanus. quādoq̄ pro legis rectitudine vt machabei. quādoq̄ pro iusticia. vt archiepiscop⁹ cantuariēsis. vel pro fide. vt laurentius. pro vtilitate populi vt xp̄s. pro reprehensione peccati. vt iohannes. pro assertione veritatis. vt ysaias.

De nece duoꝝ filioꝝ herodis.

Factum est aūt vt qm̄ herodes multos orbauerat filijs et ipse miserabilius suis orbaretur. Nam per astuciā antipatri filij sui. quē susceperat ex doside iterum facti sunt suspecti alexander et aristobolus patri. Ob hoc scripsit herodes augusto in multis accusans filios. Misit autem augustꝰ saturniū et peanū legatos cum rescripto. vt corā hijs duobꝰ coacto consilio procerum. filios iudicaret. et de eis si conuincere eos posset faceret qđ vellet. Auditis autem hinc et inde partibus legati illos dampnandos pronunciauerunt. non tamē morte. Tūc apud sebastē coniecit eos pater in vincula Complices vero eoꝝ apposuit torquere pater. vt cōfessione eoꝝ certiaretur. si in animā suam machinarent̄ aliquid filij Confessus est autem quidā multa sibi promissa ab alexādro si patri venenum propinaret. confessus est. et tonsor de promissis sibi muneribus. si dum pararet barbā patri: eum iugularet. Addiditq; dixisse alexādrum non esse spem ponēdā in sene: qui canos tīgebat vt adolescēs videret̄. Hijs motus herodes missis spiculatoribus iussit filios occidi. et asportari in alexandrium vbiq; sepeliri cum alexādrio auo materno.

De priori testamento herodis et odio ipsius antipatri.

Tunc scripsit herodes testamentum et antipatrum futurum regem instituit. et herodem qui cognoīabatur antipas substituit antipatro. Antipater vero intollerabile odium populi excepit cunctis scientibus ꝙ fratribus suis cōseruasset calumpnias. Ob hoc etiā pater iam nō recto oculo eū aspiciebat. Ad hec etiā antipater molestus erat patri ꝙ fratrē sibi substituerat. eo ꝙ ad filios ipsius antipatri regnū transire noluisset. Alia quoq; causa maioris inuidie orta est

et in patrem. Nam pupillos filiorū quos occiderat paterna dilectione fouebat alijs nepotibus suis eos copulans matrimonio. Erant aūt relicti paruuli de aristobolo scōm iosephū: herodes agrippa qui iacobū occidit gladio et herodiaz quā post abstulit herodes antipas fratri suo philippo. Timuit ergo antipater ne ad pupillos fratrū suoz quandoqz regnum reuocaret herodes. quia eos ex parte matris contingebat. Cōmouit etiam feroram in herodis odium adeo vt ferozes secederet a fratre: et habitaret in terra que concessa ei fuerat transiordanem. Ipse et patre nolente quibusdā excogitatis occasionibus romā properauit. efficacissimū venenū a quadā venefica arabica cōparans et apud vxorem feroze reponens qō interim dum ipse abijsset per ministerium quē cōduxerat patri propinaretur.

Qō herodes incarcerauit antipatrum.

Qm autem antipater rome esset mozuus est ferozas. Accepitqz herodes de veneno reposito apud vxorem feroze per ancillam a domina sua iracūde recedentem. Itaqz cuocatam relictam fratris afferre venenum iubet eam. Illa vero quasi allatura egressa de retro se precipitem dedit: sed seminina allata ad regem ait. Cum mozeret frater tuus vir meus: ait michi. Affer huc mulier venenū qō reliquit nobis antipater meqz vidente in igne cōsume. ne ad inferos cōscientiam fratricidij vltricem feram. Ego vero magnam eius partem ī ignē fundens modicū michi propter dubios casus et quia te metuebam reseruaui. Cumqz pixidem cum veneno protulisset: expirauit. Accepitqz pluribus alijs argumentis qp antipater in morte patris grassaretur. herodes eū mature reuocauit. matrem eius repudiauit. Cumqz publice filium de

patricidio accusaret. presente varro preside syrie qui illis dieb⁹ iherosolimā venerat posuit in carcerē apud iericonta.

De magnitudine morbi herodis.

Cumq; complices filij pater quereret vt eos cum filio exquisitis pnumeret supplicijs. graui morbo impedit⁹ est: Accedebat etiam senectus cum annos iam .lxx. natus erat animumq; eius filiorum clades grauiter affligebant. Erant autem in iherusalem duo sophiste quos nō pauci adolescentium sectabātur cum leges exponerent. Hijs oportunū visum est. rege tabescente. vt aquilam aureā deicerent quā rex super maximā portam templi contra patrias leges posuerat. Qua deiecta: rex commotus ire magnitudine morbum supauit. et in concionē procedens in omnes iherosolimitas hanc iniuriam refundere nitebatur. sed ad preces populi in solos auctores vltus est. Illos q̄ qui funibus dimissis aquilā conciderent cum duobus sophistis viuos incendit. De hinc varijs affligebatur languoribus nam febris non mediocris erat. prurigo intollerabilis in omni corporis superficie. assiduis vexabatur coli tormentis. pedes intercute vicio tumuerant. putredo testiculoꝝ vermes generabat. crebro anhelit⁹ et interrupta suspiria que ad vindictā dei ab omnibus referebant. Ipse vero iordanē transiens apud collirionē aquis calidis vtebat. Cūq; corp⁹ ei⁹ foueri oleo calidiori medicis placuisset in archā plenā dimersum ita dissolutū est vt etiā lumina quasi mortuis resoluta torqueret et non ad clamorē astantiū respicere visus est.

De nobilibus iudeis occidendis in morte herodis et nece antipatri.

Quoq; rediſſet iericho audiens iudeos mortem ſuam expectantes cum gaudio. ex omni iudea nobiliores iuuenes collectos cōcludi p̄cepit in ypodromio.i.in carcere circi. p̄cipiens ſalome ſorori ſue. vt cū animā efflaret ſtatī illos occideret. vt ita omnis iudea in morte ipſius et in vita plāgeret. Nunciū vero quos romā miſerat redūtes epiſtolā tulerunt a ceſare auguſto vt antipatrū in exilium daret. vel ſi mallet morte damnaret. quo nuncio paululum recreatus cum pomū quo libenter veſcebatur peciſſet. cultellum q̄ ad incidendum popoſcit. ſtatim cum tuſſi violenta diſtenderet. circūſpiciēs nequis arbiter īpediret ſe p̄cuſſurus dexteram ſuſtulit ſed aciabus conſobrin⁹ eius dexterā cōtimuit. ſtatiq; vlulatus quaſi rex mortuus eſſet in regia excitatus eſt. Quo audito antipater exultans. multa cuſtodibus promittebat: vt eum ſoluerent. Q̄ cum accepiſſet herodes grauius tulit exultationē filiī quā mortem. et contino miſſis ſatellitibus occidit eum. ſepeliriq; p̄cepit in hircano. ſtatimq; mutans teſtamentū archelaū ſcripſit ſucceſſorē. ita tn̄ q; ab auguſto ſuſceperat dyadema.

De morte herodis et ſuſcitatione archelai.

Poſt mortem autē filiī. v. diebus exactis mortuus eſt xxx. vi. anno. poſtq; a roma rex declaratus fuerat in aliīs fortunatiſſimus in rebus domeſticis infeliciſſimus fuit Salome vero quos occidi mandauerat abſoluit. Sepeliuit autem eum archelaus in herodium iuxta ipſius mandatum nichil regiī ornatus in funeris pompa p̄termittens. viī. autem diebus in lugendo patre conſumptis. epuliſq; ferialibus large omni populo exhibitis. qui mos iudeorum ob expenſas funerum multos depauperauit. candida veſte īdut⁹

ascendit templum. varijsq; fauoribus a plebe susceptus est. sedensq; pro tribunali dixit se etiam a regis nomine tēperari velle. donec a cesare confirmata foret successio. promittens. qp melior patre omnibus appareret quo circa alij tributa leuari. alij vectigalia tolli quidā solui custodias acclamabant postulatis autem archelaus annuens celebratis hostijs erat in epulis cum amicis.

De lite fratrum coram augusto pro regno.

ORta est seditio que in nouis rebus accidere solet. plurimi enim sophistas pro defensione legis occisos luge bant. Omnis enim fere pontificem quē herodes precio creauerat āmouendum proclamabant. Instante vero azimoz die cum turba ab īmolatione prohiberet pontificem archelaus misso ciliarcho verbis eos prius sedare temptauit. Cū autē vulneratū remisissent ciliarchum missa grandi manu satellitū archelaus circiter. ix. milia occidit. et pvocē preconis oēs ad propria redire cōmonēs neglecta festiuitate cēs abierūt. Ipse vero cum nicholao et ptholomeo secretarijs sui patris romam profectus est. Salomāq; et filios secum duxit vt cū testamento extremā voluntatem patris testarentur. philippo fratre regni procuratore relicto. profectus ē herodes antipas etiam vt de regno habendo cum fratre disceptaret. oratore hireneo propter acrimoniā dicendi plurimū confisus. Cesar quidam asciris optimatibus romanoz partibus prosequēdi copiam dedit. ibiq; tunc primum gaium ex agrippa et filia sua natum filium adoptiuum sedere iussit. archelaus regnum sibi deberi asserebat. et etatis merito. et secundi testamenti voluntate. Antipas vero primum testamētum debere seruari asserebat. qp pater quando mentis compos erat inscripserat.

Secundū vero nullū fore qđ ipm pater mentis inops fecerat Nam et tunc manu propria se appecierat. Addebat quoq; q archelaus vmbrā regni ad cesarem detulisset. cum ipse corp rerum gerendarū sibi rapuisset. postremo q inicia potestatis sue. ix. miliū occisor sanguine maculauerat. Cesar vero respō sum differens de cognitis secū deliberauerat an aliquē regni successorem cōstitui oporteret. an toti familie distribui prin cipatū. pser tim cū litteras varias de syria accepisset iudeos defeciſſe nunciantes. Interim quoq; mater archelai mortua nunciatur.

De quatuor regibus in iudea.

Eodem sane tēpore. iiij. reges in iudea surrexerunt. Nā etiam in ydumia. ij. milia veteranor qui sub herode militauerāt regem creauerunt. Sephori vero galilee iudas filius ezechie latronum principis. olim ab herode interfecti dyadema sibi imposuerat. Trans flumen quoq; symon quidā ex seruis regalibus vastitate corpis fretus a latronibus rex creatus est. pastores qđ quēdam proceri corporis cōpastorē in finibus iezrael regem sibi statuerunt. Ob hoc insinuanda cesari missus ē romā a varro philippus. duabus tn incidenter de causis. vt et archelao subueniret et si regnum herodis ne potibus eius distribui placuisset: partem aliquam mereret. Iuerūt et cū eo et de iudeis honorati. l. qui. viij. milia iudeor rome tunc degentiū secum traxerunt ad cesarem. Ante enim captiuitatē finalem iudei per captiuitates particulares dispsi vbiq; et venūdati fuerant. Quos vt audiret cesar: in palati appollinis templo sedit cū amicis. Illi vero tirānidē herodis et filior eius in iudeos explicantes supplicabāt romanis. vt iudeor reliquias misericordia dignas iudicarent. et aut ius

antiquū regni ſibi reſtitui. aut ſyrie finibus coniungi. aut per romanos iudices iudeam amminiſtrari.

De ſimulato alexandro.

HO etiā tempore quidā natione iudeus in ſidoniorum oppido educatis. ꝙ ſimillimus alexandro herodis filio quē et pater iteremerat venit ī iudeā cuiꝰdā inſtinctu liberti herodis. qui omnes actus regni optime ſciebat. aſſerens ſibi regnum deberi. tū quia maior filius herodis. tū quia ex pte matris ſue mariannes eū cōtingebat. Cumq; plures iudeoꝝ ſequaces haberet romā profectus ē. igit̄ iudei rome degentes viſendi eiꝰ ſtudio circūfluebāt. ſciſcitatuſq; qualiter viueret aiebat. lictores miſeratos fratrum alios ſimiles eis occidiſſe ariſtobolū ꝙ fratrē viuentē adhuc ī cypro vel ī creta latere Sed ceſar optime vultum alexandri ſciens. quē dum rome ſtuderet puer amaſium habuerat cum patre quoq; poſt diſcep tantem plenius notauerat fallaciā ſimilitudinis aīaduertit. miſitq; laidum qui et alexandrum bene cognoſceret. vt ad ſe iuuenem adduceret. vitam ſibi pollicens. ſi tante fraudis perdidiſſet auctorem. Cumq; ille cōfeſſus eſſet ſe talia ſimi laſſe ad queſtum: riſit ceſar: ſuaſoremq; eius interfici iuſſit falſum ꝙ alexandrum propter habitudinē corporis numero remigum iuſſit inſeri.

De diuiſione regni.

TAndem de conſilio ſenatus ceſar herodis monarchiam diſtribuit. Mediā partem iudeam. ſ. et idumeā tradēs archelao ſub nomine tetrarchie pollicitus ſe facturum eum regem ſi ſe dignum prebuiſſet. Mediam vero partē in duas

secuit tetrarchias cessitq; ī partem herodis tetrarchie regio transflumen et galilea. Iturea vero et tracon et auranitis philippo dstinata sunt. Factus est igitur archelaus quasi dy archus. monarchus vero num p̄ fuit. Cum ergo legeris eum monarchū fuisse. ix. annis post patrem intellige sc̄m opinionem vulgi dictum. et sc̄m sui iactātiam qua se futurū regē sc̄m promissum cesaris iactitabat. et sic remissi sunt in iudeā tres fratres. cum sedissent rome. iiij. mensibus. rei euentum expectantes.

De reditu domini ab egypto et morte glasire.

Archelaus vero non solum in accusatores suos verum etiā ī sibi subditos crudelius patre dseuit. cuiꝰ regni anno primo angelus dixit ad ioseph vt rediret cum matre et puero ī terrā israhel. Qui rediēs ab egypto post ānos. vij tū audiret q̄ archelaus pro patre regnaret in iudea. noluit illuc ire et āmonitus ab angelo iuit in galileam. et mansit in nazaret in hoc loco inuenies super matheum et archelaum tocius regni monarchum post patrem et herodem regnantē in galileam. Porro de infantia saluatoris et operibus eius vsq; ad baptismū nō legitur in euangelio. nisi q̄ lucas dicit duodēnem remansisse in iherusalem. et post triduū inuentū a parentibus in medio doctoꝝ audientem et interrogantem eos. Sane archelaus in cōtumeliam generis sui repudiauit mariannē fratris sui filiam quā pater dederat ei in vxorem. duxitq; glasiram filiam regis capadocū fratris sui alexādri quondā vxorē. et mortuo allexādro iube regis lybie nuptā. Mortuo quoq; iuba apud patrē modo in viduitate dgentē Que cum in iudeam rediſſet nupta archelao. videre visa est astantem sibi alexandrū et dicētem. Satis tibi fuerat libicū

matrimoniū. ſed rurſum reuerſa es ad penates meos fratriq̄ meo īpudentius iuncta es. Te ergo licet ī vitam: recupabo. Qui expoſito hoc ſompnio vix biduo ſupuixit. Incidens. Dicitur ibi fons eſſe paruus de quo puer ihesus hauriebat et miniſtrabat matri. dum ſubditus erat illi.

De exilio archelai.

Eandem crebro accuſatus archelaus a ceſare aduocat. Quinto quidam die priuſq̄ vocaretur nouem ariſtas plenas et maximas comedi a bobus ſompniauerat. Dūq̄ accitos vates conſuleret. ſymon eſſeus genere ariſtas annos et boues rerū mutationes interpretatus eſt. eo q̄ agros arādo verterent. et mutarent. Ideoq̄ eum. ix. ānis regnaturū dixit varias rerum mutationes exptum moriturum. ix. ergo principatus ſui anno romam veniens: a ceſare dampnatus in exilium pellitur apud viennam ciuitatem gallie.

De primo procuratore iudee.

Hinibus aūt archelai in prouintiā redactis procurator illuc miſſus eſt a ceſare cōponius qui et quōdā cirini collega fuit cum miſſus eſt ī iudeam: cenſor patrimoniorum multi ſane iudeoq̄ et maxime quidam galileus ſymon populū increpabat q̄ poſt deū dominos ferrent mortales tributariq̄ romanoq̄. Componio ergo procurante iudeam die azimorum cum eſſet mos media nocte templi portas aperiri. ſamarite quidam occulte venientes iheroſolimā per cunctas porticus. et per totum fanum oſſa iecerunt mortuoq̄. et extunc maior cuſtodia templi cepit exerceri. et āte diem porte nō aperiri.

De morte augusti.

EO tempore philippus sephor regans iuliam noīauit in honorē iulie vxoris cesaris paneas quoq; castrum cesaream philippi dixit. Componio vero romam reuerso successit ei marchus sub quo salome sor herodis defuncta est. Sed et huic successit ānius rufus. sub quo moritur augustꝰ cum regnasset. l. vij. annos et menses. vi. dies. x. ex quibus xiiij. annis anthonius cum eo regnauit. Cum enī. xlij. anno regni eius natus esset dominus qui. xv. anno impij tyberij fui tricenarius patet cesarem mortuum domino. xv. annum agente quidā tamē. lvi. annos regni eius ponunt. alij. lvij. et dimidiū annū et dies qui secuti sunt pro anno ponētes. Mortuus est autē anno vite sue. lxxvij. apud apellā ciuitatē campanie gloriatus se vrbem marmoream relinquere. quam latericiā inuenerat et sepultus est in marcio campo.

De tyberio imperatore et valerio procuratore iudee.

SUccessit ei tercius imperator: tyberius nero vxoris eiꝰ iulie filius. qui valerium grecū procuratorem misit in iudeam qui questum putans pietatem palam vendebat sacer docij principatū. qui āmouens annam hysmahelē pontificē declarauit. Sed hūc nō multo post abiciēs eliazar āne filiū subrogauit. Post annū etiā hūc arcens symonē instituit. sed et post annū ioseppū qui et cayphas apposuit tñ pꝰ ānos. xi. relinquens iudeā: romā reuersus est. cuius successor missus ē a tyberio pontius pylatꝰ. sub quo herodes in honorē tyberij tyberiadem edificauit.

De odio iudeor in pontium pylatum.

In tēporibus.tyberius multos reges ad se vocatos non remisit. Inter quos archelaum capadocē retinēs regnum eius in prouintiam vertit.et mazachā caput regni cesaream appellauit. Dane pylatus iherusalem veniēs et statuas cesaris que et in signis militaribus inerant secū ferens ignorātibus iudeis eas in ciuitate constituit cesareāqz rediit cum autem plurimi de iherosolimis ad eum descedissent supplicantes ei de signis āmouendis. Nam ob legem iudeoz qui precesserant iudee procutores sine signis vrbem intrare consueuerāt. Deditqz pro tribunali pylatus. militesqz armatos circūponens mortem eius minatus est. si nō quieuissent. at illi potius mortem eligebāt: qz patrias leges prophanarēt. Immirās ergo pylatus cōstantiā iudeoz in legalib9 institut9 auferi pcepit ymaginē. Iterum pylatus iherosolimā veniēs videns vrbem aque penurie laborare apperuit gazophilatia templi. et ex tēplo dicatis opibus aqueductū cepit edificare suscipiens initium torrentis q stadioz duū miliū interualla distabat. Judei vero acclamabant vt ab illo opere cessaret. Ob hoc pylatus multos iudeorum occidit plerosqz sauciauit. Intermissum aūt est opus quia iudei legationē accusationis in pylatū: ad tyberiū direxerunt. In hoc loco posuit iosephꝰ cōmendationem domini nostri ihesu xpi in hunc modum.

Testimonium iosephi de cristo.

Hvit eisdem temporibus ihesus sapiens vir.si tn virū eum nominare fas est. Erat enim mirabilium operum effector.et doctor eoz qui libenter que vētura sunt audiunt et multos ex gentibus sibi adiunxit. Xpristus hic erat hunc accusatione primoz nostre gētis cū pylatus in crucē agendū

decreuisset non deseruerunt eū hij qui ab inicio eū dilexerūt. Apparuit enī eis iterum visis scōm qō prophete vel hec vel alia de eo futura predixerant. sed in hodiernū diem xp̄ianoꝝ qui ab eo dicti sunt. et nomen pseuerat et genus.

De baptismo iohannis et principio. vi. etatis.

Anno. xv. impij tyberij cesaris sub valeriano asiatico consulibus procurāte pontio pylato iudeam tetrarcha galilee herode. philippo fratre eius tetrarcha ituree. et traconitidis regionis et lisania abiline tetrarcha sub principib⁹ sacerdotum anna et caypha. Factum est verbum domini ad iohannem zacharie filium in deserto vt baptizans et p̄dicās solatiū redemptionis ānunciaret. Et venit in omnē regionē iordanus baptizans baptismo penitentie quia ad penitentiā baptizandos mouebat. et non nisi quos penitentes videbat baptizabat. predicans futurū baptismū in remissionē peccatoꝝ. pro cuius assuefactione: baptizabat. Dicebat enī. Agite penitentiam appropinquabit enī regnū celoꝝ. Vsq; ad hunc annum tyberij computauit ab adam anni. v. milia. cc. xx v. scōm. lxx. scōm hebraicā veritatē. iij. milia āno vero tyberij vi. x. fuit annus iubileus octogesimus primus. Eodem anno dicunt quidam. vi. ciliadē incepisse. quoꝝ ratio hec est quia sicut ī hoc āno terminata ē circūcisio et inchoauit baptism⁹ ita. vi. cepit etas. v. terminata. Quidā ab incarnatione dn̄i nostri initiū eius ponunt hac ratione. quia sicut sub. v. etate generalis fiebat cōputatio ānoꝝ a prima olimpiade tali vel tali ita sub sexta dicit āno ab incarnatione dn̄i tali vel tali. Alij a passione domini nostri eam inchoasse testant dicētes vi. et. vij. etatem quiescentium simul incepisse. In cronicis

vero ab imperio tyberij inchoata legitur. Vtebatur autem iohannes cilicio de pylis camelox et zona pellicia: quodam genere locustax esibili. vescebat̃ et mella siluestri. tūc exibat ad eum omnis iudea et baptizabantur in iordane. Videns aūt multos phariseox venientes ad baptismū: dixit eis. Progenies viparū quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira? Facite fructus penitētie. et nedicatis patrē habem⁹ abrahā quia potest dn̄s de lapidibus istis suscitare filios abrahe. i. gentibus figuratis his lapidibus digito ostendens eis. xij. lapides quos tulerāt. xij. duces tribuū filiox israhel de medio iordanis in aridam quox aceruus esset in testimoniū quia sicco pede iordanē transierunt.

De tribus sectis iudeox.

Erant autem tunc in iudea tres secte iudeox a cōmuni reliquorum vita et opinione distantes phariset essei. saducei. Phariset cultu austero victu perparuo vtebantur. traditiones suas statuentes. quibus traditiones moysi determinabant. Pitacia cartax in frōte gerebant. et in sinistro brachio circūligata quibus decalogus inscriptus erat. quia dixerat dn̄s. Hoc hēbis quasi quid appensū iter oculos tuos et in manu tua. Et hec dicebanť philacteria a philaxe qđ ē seruare. et torath qđ legem sonat. Isti etiā maiores fimbrias alijs ferentes. spinas eis alligabant. quibus puncti i deambulando memores mandatox dei fierent. Hij vniuersa deodeputabant. et marmene. i. fato agere quidem que iusta sunt vel negligere: in arbitrio hominū plurimū esse dicunt tamen in singulis adiuuare marmenē quā ex motibus supiorum fieri putant. Prepositis suis et natu maioribus numq̃ contraria respondebant. Judicium dei futurum dicebant animā omnē

incoꝛruptam eſſe ſolas bonoꝝ animas trāſire in alia coꝛpoꝛa vſq; ad reſurrectionē et iudiciū. maloꝝ autē retrudi eternis carceribus. Et quia a communi hominū habitu diuiſi. ideo phariſei dicebant. Saducei marmenē negant. deū inſpectoꝛē omniū dicunt. in arbitrio hominū eſſe ſitum vt bonum malū vegerant. animarum generaliter vel ſupplicia negabant vel bonoꝛes. nam et reſurrectionē moꝛtuoꝝ negabant futuram. aīas moꝛi cū coꝛpoꝛibus putātes. nec angelos eſſe dicebāt. Solos. v. libꝛos moyſi recipiebant. Hȳ ſeueri nimis erant. nec etiā inter ſe ſociales. ob q̄ ſeueritatē ſaduceos. i. iuſtos: ſe nominabant. Eſſei fere in omnibus monaſticam agebant vitam nuptias faſtidientes non quia coniugia et hominum ſucceſſiones cenſerent pimendā: ſed cauendam intempantiā feminaꝝ. nullam earum fidem ſeruare viro putantes. Omnia habebāt cōmunia pꝛobꝛo. i. vngenta et oleum vtentes. ſqua loꝛem decus putabant. dūmodo in veſte candida ſemp eēnt. Nulla eis certa ciuitas. ſed in ſingulis domicilia habebant. ante ſolis oꝛtum nichil pꝛophanum loquentes. ſolem vt oꝛi retur orantes. poſt vſq; ad. v. hoꝛam operantes. loti coꝛpus aquis. ſimul et cū ſilentio edebant. Juramentū habebāt pꝛo piurio. ſecte ſue neminē adhibentes niſi ſub anni pꝛobatiōe Receptum autē ſecum poſt ānum duobus alīs annis moꝛes eius pꝛobabant. deꝛebenſum in peccatis a ſe pellebant. vt herbas moꝛe pecoꝛum decerpens vſq; ad obitum peniteret. Cum. x. ſimul ſederent nullus. ix. inuitis loquebaī. Spuere in medium vel in dexteram partem ſui vitātes. adeo ſabbatū ſeruabant. q̄ nec ea die aluū purgabant. Dolabꝛū ferebant ligneum quo in loco ſecretiſſimo terram ad aluū purgādum fodiebant dimiſſa veſte diligēter ſe cōtegentes. ne ſplēdoꝛi diuino facerent iniuriam. ob id etiā moꝝ foueā reimplentes

Diuebat ꝑ longissime ob victus simplicitatem. mortem pro iusticie iudicantes immortalitate meliorem. animas omnes a principio creatas pro tēporibus īcorporari. bonas exutas corporib⁹ vltra occianū degere vbi sit eis reposita pfruicio ad orientem. malis procellosa et hiberna loca delegantes. Erant in eis qui futura predicerent. Quidā coniugibus sed moderate vtebātur. Nam si omnino abstinendū arbitrarent genus humanū deficeret.

Qō iohannes confessus est se non esse xp̄m.

Dm ergo baptizaret iohannes miserunt iudei ab ihe rosolimis ad eū sacerdotes et leuitas. vt interrogarēt eum. Tu quis es? Et cōfessus est se neqꝫ xp̄m esse qō opinio publica habebat nec helyam nec prophetam. Et dixerunt. Quid ergo baptizas si non es helyas neqꝫ propheta? Quesierāt de helya et sub nomine prophete de heliseo: quia in hīs duobus precesserat figura baptismi. et de baptismo xpristi gerant in propheta. Effundam super uos aquā mundam et ideo putabant ad alium non pertinere baptismū. Et rn̄dit. Ego quidem baptizo in aqua medius autē vestrum stat quē vos nescitis. ipse baptizabit vos in spiritu sancto et igne in spiritu: in baptismo. in igne: in penitentia. Hec in bethania facta sunt trans iordanē: vbi erat iohannes baptizans.

De ihesu baptizato.

Tunc venit ihesus a galilea in iordanem ad iohannem vt baptizaretur ab eo. Tres fuerunt cause p̄cipue cur baptizatus est dominus a iohanne. vt baptismum iohannis cōprobaret. vt omnē humilitatē īpleret. et īplendā doceret

vt tactu ſui corporis vim regeneratiuā conferret aquis. et ſi forte nō ſtatim. De vi enim et inſtitutione baptiſmi triplex eſt opinio vt in ſententijs habetur. Et ipſe ihesus erat incipiens quaſi annox. xxx. i. trigeſimū annum inceperat. xiij. tantū diebus eius anni pactis. Et ſcōm hoc vixit ihesus tm triginta duobus annis et dimidio. quia eadem die reuoluto anno conuertit aquā in vinum. et in ſequenti paſcha. i. xxx. primi anni eſt iohānes incarceratus. et in paſcha ſequenti. i. xxx. ſecūdi anni decollatus ē iohānes. et ī tertio paſchate. i. xxx. tercij anni paſſus eſt dominus. et ita vixit. xxx. duob9 annis integris. et de. xxx. tercio āno quantū fluxit tēporis: a natali vſq; ad paſcha q9 pro dimidio anno computatur. Criſoſtom9 tamen dicit eum iam compleuiſſe. xxx. annum in omelia. x. in matheū ſic dicens. Poſt. xxx. annos ihesus veīt ad baptiſmū legem veterem ſoluturus. propterea vſq; in hāc etatem que omnia ſolet capere peccata. in legis obſeruatiōe permāſit. ne quis deberet illum ſoluiſſe legem: ideo quia illā non potuiſſet implere et infra per. xxx. annos iuſticiā legis impleuerat. et tunc venit ad baptiſma euangeliū docturus. quaſi tumulum cūctis obſeruationib9 legis imponens. Hoc autem dicit criſoſtom9 occaſione illius verbi q9 dns noſter dixit. Sic decet nos implere omnem iuſticiam. Et ſcōm hāc opinionem vixit dominus. xxx. tribus ānis integris. et tm de quarto quantū eſt a natali vſq; ad paſcha. Johannes aūt prohibebat ihesum dicens. Ego a te debeo baptizari et tu venies ad me? Cur dixit ſe baptizandū iohānes. ſi in vtero ſanctificatus mundus erat ab originali vel ſaltem in circumciſione? Sed p ſe genus humanū intellexit quaſi homo debet per te mundari. vel quātum ad plenitudinē mundationis ſe adhuc mundandū dixit. quia et ſi iam mundat9 p ſanguinē

cristi plenius mundandus erat. sicut quis accepta medicina efficaci per causam curatus dicitur. per effectus plenitudinē curandus. Cui xps. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. i. suphabūdantē humilitatē. est enī debita hūilitas maiori se subdere propter deū. habundās se subdere pari. suphabūdās: subdere se minori. Q. d. mō me subdo tibi minori. ne dedignēt maiores a minoribꝰ baptizari vel regi. Qō intelligēs iohānes: cōsensit.

De spiritu sancto et voce patris.

FActum est autē cum baptizaretur omnis populus fere terre illiꝰ et ihesu baptizato. et orāte pro baptizādis vt acciperent spiritū sanctū. confestim ascendit xps de aqua. et ecce aperti sunt celi. i. inestimabilis splēdor factus ē circa eum. ac si celo aereo et sidereo reseratis: splendor celi empirei terris infunderetur. et spiritus sanctus corpraoli specie columbe venit et sedit super caput eius que pacto officio suo in preiacentem materiam rediit vnde sumpta fuerat. Et tūc cognouit baptista qō dixit se ante nescisse qꝫ xps solus baptizaret. i. potestatem baptismi sibi retineret sed ministeriū baptizandi alijs daret. qui enim miserat eum baptizare cum solitariam duceret vitam. etiam dixerat ei. quia multos baptizabis. sed inter illos super quem videris spiritū descēdentē et manentem. hic solus est qui baptizat in spiritu sancto. Et ecce vox patris audita est de sublimi. Tu es filius meus dilectus in te complacuit michi. Vsqꝫ post vocem hanc credit splendor durasse. Qō alius euangelista dicit: hic ē filiꝰ meꝰ dilectus in quo michi complacuit. idem est sensus. i. in te et ꝑ te: placitū meū gerere constitui. Inci. Ob hoc fuerunt heretici qui dicerēt solo die epyphanie debere baptizare nec

dari spiritum si quis alio die baptizaretur ob quā heresim viuatius obstirpandam decreuerunt patres ea die neminem debere baptizari nisi sub necessitate. Inci. In sabbato et ante ramos palmaꝝ completo scrutinio paruuloꝝ capita oleo vngebant vt nulla scabies ibi remaneret. Hoc erat signum qꝫ in baptismo omnia delent crimina. Vbi nos dicimus vis baptizari: quidam dicunt. Quid petis. et respondetur fidem peto vel baptismum peto. alij vtrumqꝫ et quid petis et vis baptizari.

De ieiunio ihesu et temptatione.

TVnc ihesus ductus ē a spiritu sancto. qui eum designauerat in desertum. Et cum ieiunasset. xl. diebus et. xl. noctibus: postea esurijt. Mouebatur dyabolus. xl. dierum ieiunio. sciebat aquas diluuij̃ tot diebus effusas. exploratam terram promissionis. moysi legem a deo datam filios israhel in heremo pane angeloꝝ vixisse. Cum vero sensit dominum esurire qđ nō legitur de moyse vel helya: accessit vt tēptaret si posset deicere eum in peccatū. et vt exploraret an esset filij dei. quia audierat vocem hanc. hic est filius meus dilectus. quē sciebat venturum qnqꝫ. et se per eum potestatē amissuꝝ sed vsqꝫ ad iudicium venturum exspectabat. Temptauit aūt eum in isdem tribus in quibus adam deiecerat. sed nō ordīe eodem. Primo in gula vt esuriens panem videns īmoderato cibi appetitu accenderetur. Secundo de auaricia. vbi super montē ostendit ei omnia regna mundi. i. exposuit ei gloriā mundi. Tercio de superbia vt iactanter se ostenderet filium dei. Tunc abiecit eum dominus et consummata omni temptatione ad quā venerat recessit lucifer a domino ad tempus Tempore passionis domini redijt timore mortis putās eum

dicere. Tunc autem oīno victus religatus est in inferno. in diebus antixp̄i soluendus scōm apocalipsim iohannis. Credendus est autem hominis assumpsisse formam in qua dn̄m circūducere et colloqui posset ei. Vtrum autem extremo die ieiunij solo an p aliquot dies sequentes sepate omnes facte fuerint temptationis. nichil inter est nostra scire. Jeiunauit autē dominus in deserto qđ est inter iherusalem et iericho Exemplo sane ipsius. hic numerus diex in ecclesia penitentialis est. vnde et post epyphaniā non statim ieiunat ecclesia sed circiter post. xl. dies quasi ipso tempore ieiunium suum ieiunij dominici consecutiuū significans. Ob hoc quoq; vt p penitentiā ostēdamur ascēdere ad requiē. sicut. xl. numer⁹ ascendit ad. l. Est enim numerus suphabundans. et congregatis omnibus partibus suis multiplicatiuis ascēdit ad. l. Inciens. Secundo lapide a iericho qp quarentena dicitur Sub quarentena fluit riuulus fons quem sanauit heliseus. Secundo miliario a quarentena contra galileam dicitur esse mons super quem statuit dyabolus ihesum.

De p̄ima vocatione discipulox.

Quadam die stabat iohannes et ex discipulis ei⁹ duo quox vnus erat andreas. et vidēs ihesum ambulantē dixit. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit peccata mūdi. Ob hoc illi duo discipuli eius secuti sunt ihesum et viderūt vbi maneret et remāserūt apud illū die illa. Inuenies aūt ādreas sym̄onē fratrē suum dixit ei. Inuenimus messiam. qđ est interp̄tatū xp̄s grece: vnctus latine. Et duxit eum ad ihesum. Intuitus autē eum ihesus dixit. Tu es sym̄on bariona. tu vocaberis cephas qđ est interp̄tatum petrus. Bariona hebreum est et

sonat filius iohānā cōpositū ex ītegro et corrupto. Ceph is hebreum est et syrum. petrus grecum et latinum. Utrum aūt tamen hoc nomen ei imposuerit. an promiserit imponendū. dubium est. Tutius tamen dici potest q̄ tunc imposuit oīno cum dixit. Tu es petrus vel in electione. xij. vbi dicitur et imposuit symoni nomen petrus. Si vero modo imposuit: in sequentibus confirmauit. In crastino volens ihesus redire in galileam: inuenit philippum et dixit ei. Sequere me. Hic erat de bethsaida conciuis petri et andree. Hic inueniens nathanaelem fratrem suū: dixit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete: inuenimus ihesum filiū ioseph a nazareth Et ait nathanael. A nazareth pōt aliquid bōi eē: despectiue quasi nō vel remissiue legitur. Iste enī legispītus legerat in propheta nazareus vocabitur. Et signa dominici aduentus forte notauerat et ait a nazareth pōt aliquid boni eē. Q. d. Nūc tandē a nazareth potest aliquid boni esse. Et adduxit eū philippus ad ihesum. Quo veniēte ad se: ait ihesus. Ecce vere israhelita: in quo dolus non est. Et dixit nathanael. Vnde me nosti: Respondit ihesus. Priusq̄ te philippus vocaret cū esses sub ficu: vidi te. Respondit nathanael. Rabbi: tu es filius dei. tu es rex israhel. Quia cognouit iste dominū absentem vidisse que solus gesserat. et quō et vbi a philippo vocatus sit xp̄m. et deum fatetur. Tamen quidam de predestinatione exponunt hoc ita cum eras in lumbis ade latentis sub ficu. prius etiā predestinaui te et regressus est ihesus in galileā. Incidens. Quare iohānes ihesum agnū vocauit determinauit subdens qui tollit. i. venit vt tollat peccata mundi. quia pro peccatis tollendis. pascha nostrū īmolatus est xp̄s. Vel quia agnus grece dicitur ab agnon. qō est piū. vel latine ab agnoscendo. quia in magno grege solo balatu

cognoscit matrem. ideo proprie pro passione dicitur agnus quia ibi pius donans nobis pacem. et agnouit patrē obedientia. et matrē cura. et hec est vna causa cur in īmolatione altaris dicit̄ ter agnus dei. Q. d. Agne. qui agnouisti patrē miserere nobis. Agne qui agnouisti matrē miserere nobis. Pie qui obtulisti te pro nobis dona nobis pacem. Inci. Et egredietur virga de radice yesse. et nazareus. i. floridus ꝙ alia editio dicit de rama erat audita.

De varijs opinionibus hystorie.

Hoc vsq; idem est ordo hystorie euāgelice apud omnes deinceps varie ordinat̄ vsq; ad īcarcerationē iohānis Quidam dicunt ꝙ circa proximum pascha post baptismum. conuertit dominus aquā in vinū. ideo quia iohannes consequenter post hoc miraculū narrat eum ascendisse in iherusalē et eiecisse vendentes et emētes de templo ꝙ nūq̄ ab eo factū legitur nisi ī pascha. Sed eis obuiat ecclesie cōsuetudo. qui in epyphania factū esse. quot annis solēpnizando memorat. Fuerunt etiam qui dicerent ꝙ eadem die qua baptizatus est fecit hoc miraculum. Sed matheus ait. Tunc ihesus ductus ē in desertū. Et marcus statī expulit ihesum spūs in desertū. Habet autem ecclesia ꝙ eadem die sed reuolutis annis hec tria facta sunt. Aduētus magoꝝ. xiij. die primi āni baptismi eadem die trigesimi anni vel tricesimi primi. mutatio aque in vinū eadem die reuoluto anno. vnde maxim⁹ eps in sermone quodā qui sic īcipit. Cū plura nobis fratres ā. sic ait. Sicut posteritati sue fidelis mādauit antiquitas. hodie saluator a chaldeis est adoratus. hodie fluenta iordanis benedictionē baptismatis propāj cōsecrauit. hodie īuitatus ad nuptias

aquā conuertit in vinum. Vnde etiā in antiquioribus libris dies illa dicitur pluraliter dies epyphaniarum .i. plurium illustrationum cristi. Epyphane enim illustrationem sonat. Has tamen tres manifestationes proprijs quidā distingunt nominibus. Epyphaniā vocantes illam que facta est ꝑ stellā quasi desursum factā. Theophaniā eā que in baptismo quasi a deo. i. a patre factā. Bethphaniā eam que in nuptijs quasi in domo factam. Beth enim domū sonat. Verūptamē adhuc restat inter sūmos et catholicos doctores de ordine hystorie duplex opinio. Quidā enim scribentes vnū ex. iiij. imitātes amoniū alexandrinū. eusebiū cesariēsem. theophilū. qui. vij. a petro sedit antiochie dicunt dominū aperte post ieiuniū predicasse. discipulos congregasse. et sermonē in monte fcm̄ ante vini miraculū. quia legunt dominum et discipulos eius inuitatos ad nuptias. Cōmunior autē opinio ē dominū post illud miraculū discipulos vocasse occulte et occulte p̄dicasse vsqꝫ ad iohannis incarcerationē sed post publice. Et hunc ordinem prosequamur sine alterius ordinis preiudicio.

De mutatione aque in vinum.

Et facte sunt nuptie ī chana galilee. i. in vico galilee sic dicto quarto miliario a nazareth. secūdo a zephori Et erat mater ihesu ibi. Et vocatus est ihesus ad nuptias. et discipuli eius quidam. s. futuri discipuli. quia ad verbum iohannis iā plures audiebant eum occulte. qui post omnino secuti sunt eum. Non est vocatus ioseph. sed vxor eius. vnde quidā dicunt ioseph mortuū et virginē transisse in custodiā filij. quia nec etiā deinceps legit̄ de eo ī euāgelio. Qđ si nūdū mortuus: tamē certū est ꝙ in passione domini mortuus erat

quia vxor eius alij cõmendata est. Quidam autumant has nuptias fuisse iohānis euāgeliste. et ideo vocata est maria. quia matertera eius erat. et dominus quia consobrinus ei? erat. et dicunt q dñs eum volentem nubere ex his nuptijs vocauerit qđ certum nō est. Et deficiente vino. dixit mater ihesu ad eum. Vinum non habent. Q. d. Da eis vinū. Rñdit ihesus. Quid michi et tibi mulier? Nondū venit hora mea. Licet mulier sit quasi adiectiuū nomē fractiōis: quasi mollier tamen quādoq nomen sexus est. maxime: quādo virgo viri potens ē. et est sensus. Vis fieri miraculū sed ad hoc agendū quid habeo tecum cōe? quasi ex natura tibi cōmuni non ago hoc. sed in hora passionis que nondum venit ex cōi natura michi et tibi patiar. Nec est credendū scđm geneaticos hoc dixisse dominum qui putant vnumquēq horam sue mortis habere ineuitabilem scđm horam constellationis in qua nat? est sed vocauit horam suam. i. a se dispositam. voluntate enī mortuus ē: non necessitate. Erāt autē ibi sex lapidee ydrie. i. vasa aquatica posite scđm purificationē iudeoz. Crebro iudei baptizabant vasa epulatoria. et si casu aliquid immundum tangerent. non nisi loti cōmederent. Erant ergo posite: vt si forte contigisset aliquē de conuiuis oportere lauari: aquam haberet paratam. Impleuerunt autem eas ministri aqua ad preceptum dñi. et tulerunt aquā vinū factā architriclino. i. primati inter cōuiuantes in triclinio. Triclinīū quidā dicūt fuisse domū tricameratā. vel tres habentem testitudines sub quibus discūbebāt. vel forte tres erant ibi mensarū ordines vt in refectorijs fieri solet. Et cōmēdauit architriclin? vini bonitatem post in cōmuni cōmendauerunt omnes miraculi nouitatem. Hoc enī initio signoz manifestauit ihesus gloriā suam. Nec dicitur hoc eē initiū: quin et prius signa fecisset

naſcendo de virgine. magos ſtella preuia ducendo. xl. dieb9 et noctibus ieiunando et huiꝰmodi. Sed hoc fuit primum publice. et ad publicandū factū. vel primū factum in chana galilee.

De priori eiectione vendentiū et ementiū de templo. Et de inſtructione nychodemi.

IN proxima paſcha aſcēdit ihesus iheroſolimā. et eiecit vēdentes et emētes de tēplo. hoc enī bis feciſſe credit̄. Erat autem homo ex phariſeis: nychodemus nomine. et de principibus eoꝝ. Hic venit ad ihesum nocte. quia timuit offē dere populum cum eſſet de principibus. vel quia magiſter in iſrahel palam diſcere erubuit. Et ait ad ihesum. Rabbi ſcimꝰ quia a deo veniſti. Nemo enim poteſt hec ſigna facere que tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Q. d. Doce me: de regno dei. Reſpondit ihesus. Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuo: non poterit videre regnum dei. In veteri teſta mento quaſi iuramentum dei erat. Diuit dominus. In nouo: amen dico. Et cū in alijs ſimpliciter dicatur: in ſolo iohāne geminatur. ſcom illud. Sic ſermo veſter ē eſt. q. d. verū dic corde et ore. Cūq3 miraretur nychodemus quō ſecūdo poſſet homo naſci cum non niſi carnalem natiuitatē ſciret: edoctus eſt a domino. de ſpirituali. que fit ex aqua et ſpiritu. quarū neutra iterari poteſt. Tamen quia adhuc inflatus erat ſciētia magiſtrali non poterat intelligere. et ideo meruit audire. Tu es magiſter in iſrahel. et hec ignoras: vt ſic iuitaret eum ad humilitatē. Inſtruxit etiā eū de humana et diuina ſui nati/ uitate. de paſſione. et aſcenſione. et de pluribus alijs. Qd aūt dixit nemo aſcendit in celū: niſi qui deſcēdit de celo. ſenſus ē. Nemo aſcendit niſi criſtus. cum corpore ſuo. vel ſcom tropū:

quo dicimus eum facere. qđ per eum facimus. Et est sensus. Nemo ascendit. i. nemo ascendere facit. Et post illud pascha incarceratus est iohannes. Ait enim iohannes euangelista. Quia cum post hoc pascha rediisset ihesus in iudeam: adhuc erat iohannes baptizans in ennon. Interim autem priusq̃ ascenderet in pascha: quosdam vocauit discipulos et docuit et miracula fecit. sed nō adeo publice. Dane ibat ihesus iuxta mare galilee. lacus est qui sit iordane influēte et dicit mare cum sit aqua dulcis ydeomate hebreo quia omnem aquarum collectionem vocat hebreus tharsis. i. mare. et dicit galilee. quia preterfluit galileam. Quādoq; mare tyberiadis dicit. quia famosa est ciuitas hec que ei imminet. Qđ autē dicitur stagnū genesareth: ex accidenti est. quādoq; enim crispātib9 vndis generat ex se auram. Extenditur autē. c. xl. stadijs in longitudinē. et. xl in latitudinē. Dicit tamen iosephus eum sic dictum a modica regione genesara. quam preterfluit quā etiam dicit admirabilem. nam tota diuersissimi generis arbustis consita nulli eoꝝ vbertatem suam negat et tēperiem. sunt ibi nuces que maxīe frigoribus gaudent. Dūt et palme quas nutrit calor estiuus. Dunt ficus et olee. quibus aura mollior destinata est. vt quasi repugnantia bona cōtentione studeo terre faueant. hanc dicit irrigari fonte qui cadit in capharnaum. quē quidam esse venam nili opinantur. quia corachinū piscem generat qui non alibi. nisi in nilo repitur.

De secunda vocatione discipuloꝝ.

Dm autem turbe irruerent in eum: vidit duas naues stantes secus stagnum. et ascendens in vnā que erat symonis: pusillū reductus a terra docebat de nauicula turbas

Ut autem ceſſauit loqui: ait ad ſymonē. Duc in altū laxate rechia in capturam. Quo facto: concluſerunt multitudinem piſcium tantam: ꝙ fere rumpebatur rethe. Et innuenerunt ſymon et andreas filijs zebedei qui erant in alia naui: vt iuuarent eos et impleuerunt ambas naues. ita vt fere mergerent. Qđ vidēs ſymon petrus: procidit ad genua ihesu dicēs Exi a me domine. quia homo peccator ſum. Cui dominus. Noli timere quia ex hoc eris homines capiēs. Et ſubductis ad terram nauibus. i. locatis. animo redeundi ad eas. ſecuti ſunt eum aliquantulū. et iterum redierunt ad ſua.

Qđ ihesus legit in nazareth.

Ihesus autē venit in nazareth die ſabbati. qñ pluers cōueniebant intrauit in ſynagogā vt plures doceret. Et cum legiſſet in yſaia ſpiritus domini ſuper me ꝛc. dixit. quia hodie completa eſt ſcriptura hec in auribus vr̄is. Q. d. Ego ſum de quo ſcriptū eſt hoc. Et oēs intendebant in eum. De hoc aduētu ſolus lucas dicit. de alio poſt carcerē iohānis alij vbi agit de ſaltu. Tamen lucas hos duos ponit aduētus in nazareth quaſi vnum et pro vltimo ibi eſt gloſa. hec cum traditus eſſet iohannes iterum venit in galileam.

Qđ diſcipuli ihesu baptizabant et iohannes.

Poſt hoc venit ihesus et diſcipuli eius in iudeam terrā que ſcilicet ſpecialiter a ſorte iude vel a regno duarū tribuū ſpecificato vocabulo iudea dicebatur. et morabat ibi cum diſcipulis et baptizabat. licet non ipſe: ſed diſcipuli ei⁹ baptizarent. ſed vtrū baptiſmo iohānis vel xp̄i: incertū eſt.

Erat autē et iohannes baptisans in ennon. iuxta salim. quia aque multe erāt ibi. Nondum enim missus fuerat in carcerē iohannes. Salim vero est opidum vltra iordanē situm. vbi olim melchisedech regnauit. Mittebat etiā iohānes multos venientes ad se: ad ihesum. Inde turbati discipuli iohannis dixerunt. Rabbi qui erat tecū trans iordanē cui testimoniū perhibuisti. ecce hic baptizat et omnes veniūt ad eū. Quor retundens inuidiam iohannes: ait. Dixi vobis: quia nō sum ego cristus. sed quia missus sū ante illū. Qui desursum venit super omnes est. Me ergo oportet minui. illum aūt crescere Vt autē cognouit ihesus inuidiam illor cum ascendisset ad diē festum pasche. de quo supra dictū est. sed et ibidem quia presensit ortam in se phariseor inuidiā: maxime cū audisset post iohannē traditū reliquit iudeā et iterū abiit in galileā

Cur incarceratus est iohannes.

HRguebat enim iohannes herodem propter herodiadem quia scōm legem quā receperat. nō licet fratri habere vxorem fratris eo viuente. Super matheum legitur qō herodias filia erat regis arethe. quā auferens philippo: ortis inter eos quibusdam simultatibus. in odium philippi dederat herodi quia et fratres inuicem inimici erant. Josephꝰ tradit herodiadem fuisse filiam aristoboli. quem occiderat cū fratre alexādro pater eor herodes et ita soror erat herodis agrippe quā auus suus herodes dederat herodi filio suo vxorē. Dicit enim alium fuisse herodem preter tetrarcham. quē pater susceperat de filia symonis sacerdotis. Philippū vero iā mortuū cum gaius regnare cepisset. forte. et hic herodes noīabatur philippus. et ita virum eius quem iosephus vocat herodem

euangelium vocat philippum vel prius nupta herodi. post nupta philippo. Herodes vero tetrarcha vxorem habebat filiā arethe regis damasceni. Qui romā iter faciens trāsiens per fratrem suum. et secreto pepigit cum vxore fratris q̄ in reditu suo repudiata vxore sua. duceret eam in vxorem. Qđ tamen non latuit vxorem ipsius. Que non expectans reditū viri sui festinauit ad patrem. Herodes autē rediens: abstulit herodiadem fratri. et factus est inimicus arethe et philippi. Super quo cum argueret eum iohannes suggestione herodiadis: misit eum in carcerem. Qđ cum vidisset ihesus venit et habitauit in capharnaū in finibus zabulon et neptalim. In hoc reditu in galileam quidam dicunt eum transisse per samariā et locutū cū samaritana. et p̄ habitasse capharnaū

De tercia vocatione.

Ambulans autē iterū ihesus iuxta mare galilee vidit duos fratres symonē et andreā fratrem eius mittētes rethe in mare. Et ait illis. Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominū. At illi continuo relictis rethibus secuti sunt eū omnino. Et procedens inde: vidit duos alios fratres iacobum et iohānem reficientes rethia sua cum zebedeo p̄re eorum. et vocauit eos. Illi autem relictis rethibus et patre. secuti sunt eum omnino. Et cum transisset inde ihesus: vidit matheum qui et leui dictus est filius alphei sedentem ad theloneū. Et ait illi. Sequere me. Qui relictis omnibus secutus est eum. Thelos enī grece. latine vectigal. Iste ergo erat publicanus. i. publica negocia administrans. que sine peccato aut vix aut numq̄ administrantur. Et nota a qualibus orta est ecclesia. ne si a sublimibus virtus fidei scientie eorū

et potentie asscribetur de vocatione reliquoꝝ determinatū non habemus.

De aperta predicatione domini et miraculis.

ET aperte exinde predicabat dicens. Penitentiā agite appropīquabit enī regnū celoꝝ. Vnde et post dixerūt sacerdotes ad pylatū. Cōmouit vniuersam iudeam incipiens a galilea vsq; huc. Et sic impletum est illud ysaie. Primo tempore alleuiata est terra zabulon et terra neptalim. Vnde et primitiui conuersi a domino quia fuerūt de finibus illis dicti sunt principes zabulon et principes neptalim. Isaias siquidem prophetauit de captiuitate. x. tribuū que ī tribub⁹ illis inchoata est. nichilominus tamen et de alleuiatione ab onere peccati futura in partibus illis ad predicationē cristi predixit. Et circuibat ihesus totam galileam docens in synagogis eoꝝ et sanans omnem languorem in populo. Et abijt opinio eius in totam syriam. Est et syria omnis regio ab euphrate vsq; ad mare magnum. A capadocia: vsq; in egyptū continens inter alias prouintias. palestinā in qua iudei habitant. Vnde et super psalmū. Thabor et hermon dicuntur montes syrie. Quādoq; vero sic legit̄ syria ꝙ nullā includit partem iudee. Et secute sunt eum turbe multe diuersarum regionum. quas cum vidisset ascendit in montem.

De electione. xij. apostoloꝝ.

ET cū sedisset: vocauit ad se quos voluit ipse: et fecit vt essent cum illo. xij. quos et apostolos. i. missos nominauit symonē quē agnoīauerat petrum. et andreā fratrē eius. iacobum zebedei et iohānem fratrem eius. et imposuit

hijs duobus nomina boanarges.i.filios tonitrui.quia vnꝰ eoꝝ intonuit. In principio erat verbum.et ambo sepe terri ficam vocem patris audire meruerunt.philippum et bartho lomeum.thomam et matheum publicanum.iacobum alphei et thadeum fratrem eius qui et iudas cognoīatus est.quem lucas iudā iacobi vocat. qui tercio nomine dictus ē lebeus. hūc dicit ecclesiastica hystoria missum a domino.ad abagaꝝ regem adisse. Symonem chananeum.et iudam scariothem. In hoc cathologo nomina apostoloꝝ cōbinata quasi paruī ponuntur non satis nota causa. Quare vero iacobus alphei posterior numeretur iacobo zebedei.et minor dicatur.et ille maior cū p̄rogatiua scītatis sue factꝰ sit ab apostolis.postea archiep̄s iherosolimoꝝ.et senior alio fuerit merito queritur Ad qđ melius videndum dicimus. ꝙ anna mortuo ioachim quo susceperat mariā virginem data est in vxorem a ioseph genero suo cleophe fratri ipsius ioseph.de quo post susceptā filiā vocatāqꝫ mariā dedit in vxorē alpheo.de qua nati sunt alpheo.iiij.cōsobrini dn̄i. Iacobus.symon et iudas apostoli et ioseph qui et barsabas.qui pro iuda pꝰ cū mathia electꝰ fuit. Et hij.iiij. pre ceteris consanguineis dicti sunt fratres domini.quia non solū cognati.sed et agnati eius putabant̄ tamq̄ ex duobus fratribus ioseph et cleopha descendentes. Inter quos tn̄ quasi antonomatice.iacobꝰ dictꝰ ē frater dn̄i. quia q̄ simillimꝰ fuit ei in facie. Item mortuo cleopha: āna nupsit viro tercio.s.salome.susceptamqꝫ ex eo filiam sicut et alias priꝰ vocauit mariam.et hanc duxit zebedeus.habuitqꝫ ex eo filios iacobum maiorem et iohannē. Qui licet posteriꝰ natus:maior dictus est. quia prius vocatus est a domino: et prius adhesit ei. Qđ et romana seruat ecclesia vt singuli in ordinibus suis priores sint priꝰ ordinati. Ita dicit iheroꝰ

Alij vero vidētes mulieres agnominari solere nominibus virorꝫ. vt marcia cathonis dixerūt priorib⁹ viris mortuis has duas marias nupsisse cleophe et salome vel priores viros fuisse vinomios et dictum zebedeum cleopham. alpheum salomā. Incidens. Ante electionē apostolorꝫ quidā ponūt de sanatione demoniaci in synagoga apud marcū et de socru petri. et sanatione multorꝫ in vespa. et de scriba qui accessit in via. et de dormitiōe xp̄i i naui. et de demoniacis gerasenis et de paralitico misso per tectū. et de vocatione mathei et de conuiuio leui. et de filia pairi. et de emorroissa. et de duobus cecis. et de demoniaco muto. Inci. Judam thadeum lucas vocat iudam iacobi. qui tercio nomine dictus est lebeus hūc dicit ecclesiastica hystoria missum a domino ad abagarꝫ regē edisse. Sed nota qꝫ thomas misit eum postqꝫ xp̄s assumptꝰ est rex ille infirmabat. Et auditis miraculis a domino factis misit litteras deprecatiuas vt veniret et curaret eum. et oīa sibi et suis necessaria ministraret. et si paruū esset regnū eiꝰ. Audita humilitate ipsius rescripsit dominus. qꝫ post resurrectionē visitaret eū. et hoc factū ē cū thomas misit thadeū ibi ad predicandū. et sanatus est mente et corpore. Inci. Non fuit anna nazarea sed de sephori ciuitate. v. miliario a nazareth.

De sermone domini in monte.

Et eleuatis oculis in discipulos docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄ ip̄sorū est regnū celorꝫ ⁊c. Hunc sermonē matheus et lucas varie narrāt. Ob hoc quidā tradunt dominum prius eum fecisse sermonem discipulis in supcilio montis sedendo. post in latere montis coīter discipulis et turbis stando. Alij vero tradūt. non nisi vnū sermonē

factum coīter turbis et discipulis. Utrum autem hoc verum sit non multū interest nostra scire: sicut nec scire interest. an mons in quo hec facta sunt fuerit thabor. an alius mons in galilea. Sermones quidem a domino ad discipulos factos legimus in matheo luca et iohanne tantū. Inci. Secūdo miliario a capharnaū est descensus mōtis. vbi factus ē sermo domini. et leprosus curatus.

De oratione dominica.

Hic sermoni dominus interseruit orationē dominicā que. vij. partes habet. prima ē captatio beniuolētie quam secuntur. vij. peticiones. et dirigitur ad deum patrem a quo petimus dari nobis panem nostrum. i. filium. Nam et xp̄s docuit nos ad petendum a patre in nomine suo. Tres prime peticiones spectant ad vitam eternam vel futurā sic. Sanctificetur. i. in nobis confirmetur nomen tuum. in hac vita quasi mobile est nomen patris in filios. quia et iudas quandoq; fuit dei filius: quādoq; non. Pro qua etiam possibilitate mouēdi dixit apostol9. Ne et ego reprob9 inueniar. In patria apparebūt filij. et imutabiliter erit deus pater eor Adueniat. i. ad te videndū veniat regnū tuum. vt sit regnū in regno. Fiat volūtas tua sicut in celo et in terra. quasi sicut celestis ecclesia nichil potest velle nisi q̄ scit te velle: ita et illa que adhuc militat in terra addicat̄ volūtati tue. Quatuor que secuntur ad miliciam huius vite spectant sic. Panē nostrum super substantialem da nobis hodie. i. cristum qui est supersubstantialis. i. sup omnes substantias. et est panis noster in altari. Vel sunt due dictiones super substantialem. et est da nobis hodie. i. in p̄nti tempore. panem nostrum. i. xp̄m qui propius est fidelium. et hoc super. i. preter panem

substantialē.i. necessariū ad sustentationē. quasi diceret: da nobis vtrūq; panē aīe et corporis. Lucas posuit cotidianū qđ de viatico tantū exponit. Grecus habet epyusion. hebreꝰ vero sogolla.i. precipuū. vel egregium. vel peculiarem. Ob hoc forte lucas videns matheum dixisse peculiarem dixit cotidianū. Grecus vero interpres mathei quia vidit eū dixisse sogolla qđ notat egregiū dixit epyusion. Tres que sequūtur patent. Amen hebreus in fine ponit. vnde ex hīs tribus. amen. sela. salem. que sonant. vere semper pacem.

Qđ apostoli missi sunt cum potestate curandi.

Qm consummasset ihesus verba hec. cōuocatis discipulis. xīi. dedit eis ptātem eiciendi spiritus īmundos et curandi omnem infirmitatē. et misit eos predicare regnū dei et ait. Nichil tuleritis ī via. neminē salutaueritis. s. sicut alīi qui non ex studio optandi salutem. consueuerūt tantum salutare. In viā gentium ne abieritis nec in ciuitatem samaritanoꝝ intraueritis. gratis accepistis: gratis date. Non portabitis pecuniam. non panem. non duas tunicas. i. superfluas non calciamenta non virgam. Bcōm marcum soleis vel sandaliīs vti iussi sunt. i. peronibus. et virgam ferre que pro potestate accipiendi necessaria ponit. Ecce mitto vos: sicut oues in medio lupoꝝ. Qui vos recipit: me recipit. Inci. Inde ē qđ diaconus sumpto codice de altari. sub silentio trāsit inclinans donec in ambone salutat quasi intrans domū cui pacē offert. nec portat puluinar. i. solatia vite. sed alius fert ei. Nec obest qđ puluinar significat onus euāgelīi leue forte inde est qđ diaconus non dicit dominus vobiscum. nisi cum legit euangelium: nisi raro.

De curatione leprosi.

Cum aūt descendisset de monte: tetigit leprosum quasi iam solūs figuras et sanauit eū dicens Volo mūdare Et addidit. Vide nemini dixeris. Q. d. Vide ꝙ manifeste et plene mundatus es nemini dixeris. i. nemini habes necesse dicere. adeo res euidens ē. Sed ostende te sacerdoti. ad cuius arbitriū reuocandus es. Ecce nondū docet alios soluere legē Sanatus tñ vbiqz ꝓdicauit.

De seruo centurionis.

Cum autem intrasset capharnaū. rogauit eum centurio per interuentum seniorꝫ iudeorꝫ. vt sanaret puerum eius paraliticum. Et ait ihesus. Ego veniam et curabo eū. Venit autem potentia sanandi non corpore. Et ait centurio. Non sum dignus vt intres sub tectum meum. sed dic verbo et sanabitur puer meus. quia et ego solo verbo per ministros meos operor. Forte ydola hēbat in domo. et īmunda iudeis. Et sequentibus se dixit ihesus. Non inueni tantam fidem in israhel. subaudi huius temporis. Nec includunt in nomine israhel sequentes eum. quia ad eos loquebat quantā in hoc gentili fidem inuenerat. Et sanatus est puer in illa hora. Et ingressus synagogam sabbato docebat eos. Et ibi eiecit ab homine spiritum īmundum clamantem. Quid nobis et tibi ihesu nazarene. venisti pdere nos: scio. i. puto qꝫ sis scūs dei. Non enim ante passionem sciebant demones eū esse dei filiū.

De socru petri.

Et cū venisset ihesus ī domū petri quā forte hēbat in capharnū per vxorē. ipse enim erat de bethsaida ad peticionē discipuloꝝ sanauit socrū petri febricitatem.

De filio vidue.

Cum autē iret in ciuitatem que dicitur naym que est in galilea: suscitauit ante portā filiū vidue tāgendo feretrū. et dicēdo. Tibi dico surge. Vespere facto: obtulerūt ei energuminos. et male se habentes. et sanauit omnes. Et voluit ire transfretū. Et dixit ei vnus scriba. Rabbi sequar te quocūqz ieris. Volebat sequi dominum. vt disceret signa facere ad lucrum et ideo non auditur a domino. Dixit autē dominus alteri. Sequere me. Qui respondit. Dñe permitte me primū sepelire patrē meū. Cui ihesus. Dimitte mortuos in peccatis suis. sepelire mortuos. tu vade annūcia regnum dei. Non prohibuisset hunc dominus a sepultura si nō essent alij qui sepelirent. Et ait alter. Sequar te dñe. sed primum pmitte me renūciare his qui domi sunt. Cui ihesus. Nemo mittens manū in arātrū et respiciēs retro aptus ē regnodei. Inci. Secūdo miliario a thabor ē naym: supra naym: mōs endor ad radicem cuj fluit cyson.

Qō excitatus imperauit mari.

Cum ascendit in nauiculam cum discipulis suis et dormiuit in puppim super ceruical. Et orta tempestate excitatus a discipulis imperauit vento et mari dicens. Tace et obmutesce. Et cessauit tempestas. Non per errorem hereticorum imperauit eis tamq̄ animantibus. Qui occasione huiusmodi verbor q̄ omnia legunt obedire deo dogmatizarunt omnia animata esse seō dicuntur ei obedire inaīata quia solo verbo facit de hijs que vult. scōm quem loquendi modū solet dici: materia languor obediens vel inobediens medicine.

De duobus obsessis a legione.

Cum autem venisset transfretū in regionem gerasenoꝝ que est contra galileam. occurrerunt ei duo arrepticij seuissimis. quoꝝ vnus adorauit et dixit. Quid nobis et tibi ihesu fili dei. Venisti ante tempus torquere nos. Nesciebāt dæmones eum esse dei filiū. sed suspicabanť p3o miraculis et testimonio patris. Torqueri aūt se dicebāt. quia cogebanť exire et cessare a lesione. Dicebat enī illi ihesus. Exi spirit9 īmunde. Sciebant aūt in iudicio se torquendos in abyssum Cūq3 domino querenti nomē suū dixisset se vocari legionem non q3 sic vocareť. sed quasi diceret. Frustra queris nomen. quia plures sum9. Rogabant eum vt mitteret eos ī gregem porcoꝝ qui iuxta pascebanť. Et intrantes porcos: p̄cipitaue rūt eos ī mare. Indigene aūt rogauerunt eū vt transiret a finib9 eoꝝ. Cūq3 ascēderet nauem senatū licet rogaret noluit secum ducere. et redīt capharnaū quā matheus vocat ciuitatē suā. Nō origine sed gente. quia quelibet ciuitas galilee potest dici ciuitas galileoꝝ.

De palitico dimisso per tectum

Et sanauit paliticum ante sed imissum p regulas. primo remittentes peccata eius que fuerant causa morbi: qz qđ ob causam fit cessante causa cessare debz. Et propter scribas et pharizeos qui putabant eum blasphemasse. dixit palitico vt surgeret et tolleret lectū suum. Et surrexit et tulit et abīt. Quia ergo constat q3 p3o peccatis qī.q3 egrotat hō medic9 visitās eegꝝ. primo debet eum mouere ad penitēciā et confessionem. ne peccato manente tamq̄ ferro ī vulnere frustra sit malagina apponere.

De puteo samaritane.

Dm autem ascendisset in iudeam. et iterum veniret in galileā oportebat eum transire p samariam. i. per regionem cuius caput fuit samaria. Ciuitas ergo nomen antiquū amiserat et dicebat. sebaste. sed regio nomē illud retinuerat Veniens aūt iuxta sychem: que corrupte sychar dicebat. erat in predio qđ emit iacob a rege emor qđ et dedit filio suo ioseph. Et fatigat9 ex itinere sedit sup puteū iacob qui hac de9 sic vocat9 fuerat ex euentu qui sequit. p9 agnoīat9 ē puteus samaritane. Sunt quidā qui dicunt locum illū esse vmbilicū terre nostre habitabilis. quia singulis ānis quadā die estatis meridiana hora sol descendit in aquam putei. nullū faciens vmbram. q9 philosophi apud sienē fieri tradiderunt. Ideo enī dictū putant in deutronomio. Cōstituit eū sup excelsam terrā Fuerunt autē discipuli in vrbem: vt cibos emerēt. Venitq3 mulier haurire aquā. que dño petēti potū: quasi notans eū. dixit iudeos nō couti samaritanis cognoscēs ex fibrijs pallij dominū iudeū esse. Translatis. x. tribub9 rex assirioꝝ misit persas et assirios. ad incolendā sibi terrā. qui ob metū ferarꝝ libros moysi receperant. et legittima terre. non tn cessabant ab ydolatria. qui primo cutei vocati a fluuio persaꝝ. tūc aūt samaritani dicebant quasi medij inter iudeos et gētes. Q3q3 tamē iudei vocauerūt eos iacobitas. i. supplantatores. quia terrā fratrum suoꝝ que eos contingebat eis supplantauerāt. Noꝝ cibis et vasculis non vtebant iudei. Cūq3 colloquendo cum ihesu accepisset ab eo q9. v. viros habuerat. et sexti erat concubina: ait. Video quia prophet a es tu. Et statī quesiuit determinationē questiōis. que iter ipsos et iudeos versabat. Dicebant enī iudei propriū locum adorandi esse in iherusalē

et templum. Samaritam vero montē garizim in quo ātiqui patres adorauerūt. Jhesus aūt dixit tempus venisse in quo nec in iherusalē nec in monte illo adorarent homines. Q.d. Non prefero locū loco in adorando. vbiq; adoret deus. tantū in spiritu et veritate. i. ex dilectione que est a spiritu. et pro hijs que vere sūt. i. pro eternis. Cui mulier. Scio qr messias venit. i. in proximo est vt veniat. Forte et samaritani signa dominici aduentus notauerāt. Messias hebraice. xp̄s grece vnctus latine. punice q̄ messe: dicit vnge. Lingua. n. punica et syra affines sunt hebree. dicit ei ihesus. Ego sū qui loquor tecū. Reliquit mulier ydriā et abijt in ciuitatē. monēs ciues egredi ad videndū hominē qui dixerat ei quecūq; fecerat et dicebat. Nūquid hic est xp̄s? Timuit asserere. qd audierat et credebat ne viri īdignarent ea muliere doceri. Ciuibus vero egredientib9 vocat eos ihesus. segetes paratas ad messen. i. homines paratos ad credendū. cum tn̄ adhuc supessent. iiij. menses ad messem. vnde perpendit hyemis tēpora hoc factū esse. Jhesus autē ad peticionē eor intrauit vbem. et mansit ibi dies aliquot. et multi crediderunt in eum. Incidens. Sychem modo dicit neapolis. iiij. miliaria a sebaste distans in ea iuxta fontem fecit ieroboā vitulos quos posuit in dan et in bethel que est vno miliario a sychem.

De filio reguli.

Venit autē iterū in chana galilee a iudea in quā descēderat. et erat ibi quidā regulus. i. de potentiorib9 terre sub rege cui9 filius infirmabat. non in chana sed in capharnaum. Et rogabat dominū vt descenderet et curaret filium. Qui redargutus est a dn̄o. quia nō credebat eū posse sanare.

nisi corporali psentia et tactu. et ideo dū instaret ille: ait ei. Vade filius tuus viuit. et sic absens verbo sanauit. Descendensq; pater cū cognouisset filiū sanatū in hora verbi dnici credidit ipse et domus eius tota. Creditur iste fuisse iudeus q̄ dixit ei dns. Nisi signa et prodigia videritis nō credetis. Judei enim signa querunt.

De conuiuio leui.

Et fecit ei leui conuiuiū in domo sua et discūbebāt cū eo publicani: qui fuerant socij leui. Quē cū arguerent pharisei. quia cū talib⁹ edebat: ait. Non veni vocare iustos. sed peccatores in penitentiā. Excusauitq; discipulos de eo. q̄ non ieiunabāt. tum: quia rudes erant. nec difficilia sustinerēt tum: quia cum eis corporaliter erat. quia cū auferet ab eis. plurimū ieiunarent. Ex hoc quidā dicunt. q̄ ablato cristo in ascensione ieiunauerūt discipuli vsq; ad missionē spirit⁹. Et ob hoc quidā ieiunant ab ascensione domini vsq; ad pentecostē nec etiā tunc celebrant nuptias quasi iā inchoātes tres ebdomadas ante festū beati iohānis. sed nō ē autenticū nec ī act⁹ apostolor̄ legat tūc de ieiunio eor̄ sed de oratiōe tm̄. Querētib⁹ autē pharisei signū de celo. negauit eis tāq; īdignis. quia deteriores erāt niniuitis. et regina austri. qui tm̄ nec legē dei nec prophetas habuerāt. Et nota q̄ in ātiquis oribus codicib⁹ legit̄ niniuite.

De filia archisynagogi et emorroisse.

Et ecce princeps synagoge iayrus adorauit eum dicēs Filia mea modo defuncta ē. i. morti proxima. vt marc⁹ et lucas dicūt. veni pone manū sup eam et viuet. Et dū iret mulier emorroissa ab ānis. xij. retro veniens: tetigit fimbriā

veſtimenti eius. et ſanata eſt. Ambroſius in ſermone de ſalomone. dicit hanc fuiſſe martham. Enumerans enim bñficia xp̄i circa genus humanū poſt aliqua p̄miſſa ſubdidit: Dum languidū ſanguinis fluxum ſiccat in martha. dum demones expellit de maria. Dum corpus rediuiuū ſpiritꝰ calore conſtringit in lazaro. Veniens autē in domū iayri: induxit tm̄ ſecū petrū. iacobū. et iohannē fratrē eiꝰ. qui quaſi ſecretariꝰ eius erant et patrē et matrē puelle. Et eiectis irridentibus eum. quia dicebat puella dormit. tenens manum puelle: ait. Tabita cumi qꝛ ſonat puella tibi dico ſurge. tamē dico tibi non eſt de interp̄tatione. Et iuſſit dari illi manducare. Hoc enī eſt certū expimentū vere reſurrectionis. Magi enī mortuos ſuſcitāt quibꝰdā caracteribꝰ alligatis ſub vtraq; aſcella et loqui eos. et incedre faciūt ſed comedere nequaq̄ poſſunt Inci. Legit̄ ī hyſtoria eccleſiaſtica qꝛ ī eodē loco ī quo dñs ſanauit emoroiſſam facta ē ſtatua enea bñs fimbrias inferiꝰ ſculptas ſicut dñs legit̄ habuiſſe ad ſimilitudinē iudeorū et herbā quādam creſcentē ſub ymagine que et ſui ſummitate attingit fimbrias ſtatue oēs curat languores. et manet vſq; in hodiernū diem. Inci. Quidā dicunt hoc factū eſſe in medio ihrlm̄ ſub regia ſalomonis.

De duobus cecis et ſurdo et muto.

ET tranſeunte inde ihesu: ſecuti ſunt eum duo ceci clamantes. fili dauid: miſerere nr̄i. Cumq; veniſſet domū. i. ad domum ſuā in nazareth tetigit oculos eoꝝ et apti ſunt. Cumq; dixiſſet eis. videte ne quis ſciat. tn̄ diffamauerūt eū in tota terra illa. Egreſſis illis obtulerūt ei mutū demoniū habentem. Et eiecto demone: locutꝰ eſt mutꝰ. In greco tamē melius ſonat ſurdū q̄ mutum.

De beelzebub.

Cumqꝫ laudaret eum turba: pharisei dicebant. In beel zebub prīcipe demonioꝝ eicit demones. A belo primo nomine ydoli. varie gentes. scd̄m ydiomata lingue sue cog nominauerūt ydola sua. Babilonius dixit bel. moabita beel. palestini baal. Qñqꝫ aliquid supaddebant vt beelphegor. i. deus tentiginis. qui est priapus. Qñqꝫ baalim qui ē deꝰ sydo nioꝝ et sonat vir meus. i. robur meū et caput. Beelzebub tñ nulliꝰ ydoli nomē erat. Sed iudei irrisorie vicinū sibi ydolū acharonitarum sic vocabant. Et sonat vir muscaꝝ ob sordes īmolaticij sanguinis quē secūtur musce. Nec est finalis litera d. vel. l. vel. v. vel. z. vel. c. sed. b. tm̄. Quibꝰ ait ihesus. Filij autē vestri in quo eiciūt? Quasi diceret. Si in filijs vestris hanc expulsionē deo datis. cur non in me idem facitis? Erant enī de iudeis exorciste. qui ꝑ exorcismos salomonis demones eiciebant. maxime si radix cuiusdā herbe poneret̄ in naribꝰ obsessi. Ait enī iosephus se vidisse exorcistā quēdam captū et adductū ad vespasianū dū obsideret iherusalē. qui anulū sub cuius gēma radix erat posuit in naribus cuiꝰdā obsessi et adiurauit demonē et egressus est demon. vt aūt probaret reiectū demonē posuit peluī plenā aqua ī medio. et adiurauit demonē vt subuerteret peluī. et subuertit eā. Qd̄ aūt ī anulis quidā includūt spm̄ īmundū. per quē impant alijs demonibꝰ nō credit̄ esse salomonis inuentū.

De magdalena.

Hic quidā dicunt dñm in nazareth vocatū a quodam phariseo in domū suā et ibi magdalene dimissa esse peccata sua que et secuta est eum. Plures dicūt in bethania

factum: sed neq; tempus neq; locus quo factū est: ex euāgelio certificari pōt. Magdalū oppidū ē secundo miliario a tyberiade que prius cynereth dicta ē.

De ministerio marthe.

Factum est autē dū ascenderet in iudeā ihesus intrauit in quoddā castellū. et martha suscepit eum in domū suam. et dño deuote ministrabat. Hic sio autē sororis illius audientis dñm prelata ē a dño ministerio marthe. nō q; maioris meriti. sed quia nō auferet.

De questione iohannis.

Iohannes aūt cū audisset in vinculis opera xpi: misit ad eum duos de discipulis suis dicens. Tu es qui venturus es an aliū exspectamus? Non dubitabat iohannes qui dixerat. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. Sed cū discipuli eius adhuc dubitarent: misit eos ad ihesum. Q. d. Ite ad eum et ab ipso querite: vtrū ipse sit xps. an adhuc sit vēturus. Tñ gregorius sup ezechie ē videt velle q; iohānes nesciebat vtrū per se an per alium spoliaret infernū. Q. d. Prope est vt descendā ad populū meū. Quia ergo ānūciaui te supis: vis vt inferis te nunciē. Ihesus aūt amouit dubitationē eor. ostendens illis certa signa sui aduentus. Illis aūt abeūtibus cōmendauit iohannē turbis dicens. Inter natos mulierū. nō surrexit maior iohāne baptista. Et ē hic mulier non solū nomen sexus sed etiā facture. Vtrū autē sanctior eo post aliquis fuerit vel futurus sit: indiscussum ē. Nec ob hanc laudem credendū est hereticis qui dixerūt iohannē angelum humanatū ee quia etiā dñs pdixerat de eo fuisse dictū. Ecce ego mitto ante te angelū meum ā. Addiditq; dñs. q; omnis

lex et prophete vsq; ad iohannē prophetauerunt. Ubi intelligendum est ex maxima parte quia post prophetauit agabus et quatuor filie philippi. Tunc forte quia in ciuitatibus eor nutriretur anticristꝰ. Tunc exprobrauit ciuitatibus galilee in quibꝰ plurimas fecerat virtutes. et prepossuit illis tyrum et sydonem. Redeuntes autē quidam apostolor ad eum: nunciabant ei que docuerant et fecerant. Et duxit eos ī desertū locum vt quiescerent pusillum. Nec enim edendi spacium habebant cum turbis.

De septuaginta duobus discipulis.

POst hec designauit dominꝰ et alios .lxxij. discipulos. et mittebat eos binos ante faciem suam. Reuersi sunt autem et hij cum gaudio dicentes. Dñe etiam demonia subiciuntur nobis. Exultauit ergo ihesus et dixit. Cōfiteor tibi domine pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibꝰ et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Et nemo nouit prēz nisi filius neq; filium nisi pater. ita et de spiritu sancto. Erubescat eunomius dicens se plenam noticiam habere de patre et filio nec excludit vtriusq; connexio. Ob hoc arrius spm̄ creaturam esse putauit. et nō equalem illis. quia nō sciebat quitquid illi sciebāt. Inci. In coronis ecclesiarum sunt .xij. turres maiores. quasi .xij. apostoli. et .xij. mīores. quasi .xij. prophete. et .lxxij. candelabra. pro hijs discipulis. designandis et angeli quasi custodes ecclesie intelliguntur.

De solutione sabbati in grauor confricatione.

ET factum est in sabbato secundo primo cum ihesus et discipuli eiꝰ transirēt p satagrana confricata manibꝰ

ebant discipuli. Hoc exponit sic. In secundo sabbato pmo cum ihesus transiret per sata &c. Vel in sabbato secundo a primo de quo precessit sermo. vel est vna dictio. quam dixit lucas deutero protheron. nos: secundo primum. Hoc autem sabbatum qz discipuli nō obseruabant: ideo secundo vocauit vt significaret spirituale sabbatum iam inchoari. et legalia cessatura. Est enim sabbatum secundo: primum spirituale. i. superius inferiore legali. s. quasi factum de secundo primum Qđ enim prius fuit tpe factum ē scōm munere gracie. quasi caput versum est ī caudam. vnde et si quis cristum velit appellare adam secundo primum non errabit. vel sunt due dictiones. et dicuntur scōm et primum tpe quia et ante legem sancti pres spiritualiter sabbato baptizauerunt et p? legali sabbato medio interposito. Cum aūt deberent pharisei quid facitis qđ non licet sabbatis. excusabat eos dns multis modis. tū quia necessitas excusabat eos sicut excusauit dauid et pueros eius. qn comedit sacerdotales panes. nec peccant sacerdotes circūcidentes et sacrificātes in sabbato. tum quia pnte dno et auctore sabbati faciebāt hec. qz etiā nō peccauit iosue. dū circuiuit iericho. vij. dieb?. nec hodie eger si soluit ieiuniū reus est. Dixerūt aūt pharisei hoc nō licere sabbatis quia alia die licebat scōm legem edere grana segetis. propinquorum. sed nō metere falce. Nota primo apostolos soluisse sabbatū. quos tamen recipiūt hebionite. cū repudient paulū quasi legis transgressorem.

De manco.

Factū est aūt et in alio sabbato intrauit ihesus synagogam et erat ibi homo manū aridā habens. et obseruabant eum pharisei si sabbato curaret. Cūq; quesisset ab eis si

licet ſabbato curare hominē. nec rñdiſſent curauit languidū confutans ſuperſticioſos qui ſabbatis pecus lapſum a fouea extraberent. Ipſi autem colloquebant quid nam facerent de ihesu. Ihesus aūt ſciēs ſeceſſit iude: et ſecuti ſunt eum multi et curauit eos.

De quatuor pabolis ad turbas in naui.

Factū eſt aūt in die9 illis: exīt ī montē orare. et erat pnoctans ī oratione. Et cum dies fact9 eſſet: vocauit diſcipulos ſuos. forte adhuc dormiētes. et ſedebat sec9 mare Cumq congregarent ebe: aſcendens in nauiculam docebat de ea turbas. ſtantes in littore in pabolis loquens eis. Ero poſuit itaq eis pabolā ſeminantis in terrā tripliciter malā nec ferentē fructum. et vnam bonā facientē triplicē fructū. Secundo propoſuit pabolam ſeminantis bonū ſemen cui in imic9 homo ſupſemīauit zizaniā. In qua id q dicit. Dinite vtraq creſcere vſq ad meſſem. videt contrarium paulo qui ait. Auferte malū de medio vrī. Sed inter triticum anteq veniat ad ſpicā et lolium grandis eſt ſimilitudo. et vix diſti gui poſſunt. Hoc etiam dictum eſt de ambiguis. illud pauli de manifeſtis. Terciā propoſuit pabolā de grano ſynapis. Quartam poſuit de fermento qđ mulier abſcondit in farine ſatis trib9. Datū ē gen9 mēſure ī paleſtīa modiū et dimidiū capiens. Deorſū aūt diſcipulis diſcerebat oīa. Tūc dimiſſis ebis veīt ī domū. et dixerūt ei diſcipuli. Ediſſere nobis pabolā zizanioꝝ. prmiā eī expoſuerat eis in uaui.

De trib9 pabolis ad diſcipulos in domo.

Cumq expoſuiſſet qđ queſierāt in pabolis etiā locut9 eſt eis. Et propoſuit pabolā de theſauro abſcondito in

agro. pro quo emendo iuentor vendidit omnia que habet. Aliā q̄ proposuit de inuenta et empta bona margarita. Tertiā q̄ de sagena missa i mare. in qua dicit̄ q̄ in gehēna erit fletꝰ et stridor dentium. in quo inuit̄ resurrectio corporum futura. Hoc aūt nomen gehenna euangelicū est tm̄. et dicit̄ a dño inuentum ob ignem inextinguibilē. qui erat sacratus ydolis in valle iuxta ihrlm. que dicebatur tophet. vel etiam gehennon quasi terra filior ennon. i. boīs sic vocati p quē ydolatre traiciebant puulos suos. sicut nos traicimꝰ eos per aquā baptismi. Ignis q̄ dicebat̄ tophet. nō satis nota causa vel forte quia quodā artificio de viscerib̄ terre per lapides spongiosos. quos thophos dicimꝰ iugiter erupebat.

De saltu domini.

ET veniens in patriā suam: docebat in synagogis eor ita vt mirarent̄ et dicerēt. Un̄ huic sapiētia hec? Nōne hic ē filius fabri? Nonne maria mr̄ eiꝰ. et frēs et sorores eiꝰ sunt apud nos? Q̄ nō est itelligēs scōm eluidū qui virginē pepisse duos frēs de ioseph dogmatizauit. vel ioseph de alia vxore filios suscepisse. sed cōsobrini sui frēs eius dicti sunt sicut abrahā dixit ad loth. Frēs sumꝰ. Marcꝰ ait dñm dictū ab eis fabrum. Credebant enī fabr quia ioseph fabri filiū. Et paucos ibi curauit propter īcredulitatem illor dicens. Nemo propheta acceptꝰ ē in patria sua. Et repleti sunt oēs ira. Et eicientes eum extra ciuitatē dixerunt vsq̄ ad supciliū montis vt p̄cipitarent eum. Ille aūt transiens p mediū illor ibat. Adhuc oñdit̄ ibi locꝰ miliario a nazaret qui dicit̄ saltꝰ dñi p quē dñs dñdens impressit se rupi. Et cedens ei rupes fecit ei locū quasi latibuli i quo adhuc vestigia rugar vestimentor eius olim impressa notant̄.

De decollatione iohannis.

quia nō audēʒ oculos leuare ad celū. Et prudentia. quia videmʒ vbi cadimʒ. i. in terrenis affligimur. Et videʒ quare ī priuatis oꝛōibus quādoqʒ flexis genibʒ vt salomō sed eleuata facie oꝛaʒ. Q. d. Trahe me post te. Quādoqʒ stantes quasi in domū dñi letātes ibimʒ. In primo ergo exprimiʒ cōditionē nostrā. In secūdo: desideriū. In tercia spem.

De samaritanis negantibʒ hospitium domino.

Cumqʒ pmisisset nuntios in ciuitatem samaritanoꝝ nō sunt recepti hospitio. Samarite enim inuidebant euntibʒ ī iherusalem adoꝛare. Et irati iacobʒ et iohannes: dixerūt. Dis dicimʒ vt ignis descendat de celo: et cōsummat eos? Et increpauit eos dominus. Huiʒmōi vindicta que laudat in helya in hijs dāpnat. Quia ille ex caritate. hij ex ira hoc appetebāt.

De peticione filioꝝ zebedei.

Et assumens iterū seoꝛsū. xij: ait. Ecce ascendimʒ iheroso limā. et cōsummabunt prophecie de filio hoīs. Tradet gentibʒ. illudet. flagellabit. cōspuēt. crucifiget. et tercia die resurget. Quod videntes filij zebedei. putantes īminere regnū ihesu ī israhel. suggesserūt matri sue vt peteret munʒ sine nomine. Quo cōcesso subderet. Dic vt hij duo filij mei sedeāt vnʒ ad dexterā et alius ad sinistrā: ī regno tuo. Ihesʒ aūt nō respōdit matri: sed petentibʒ p matrē. Nescitis quid petatis. Q. d. plationē queritis in celo que nulla ibi erat. Etiā male queritis. Regnare enim multis: qui nō meruistis potestis bibere calicē quē ego bibiturʒ su? aut baptismo quo ego baptizoꝛ baptizari: Dicūt ei. Possumus. Calix: passio est. baptisma moꝛs. Et dicit ad similitudinem lane intincte. Sicut enim

lana intīguit̄ et accipit alicui⁹ coloris dignitatē: Sic nos in
mortē descendi⁹ corporales et resurge⁹ spirituales. Calix ad
litterā ciphus ē quo calidā sumi⁹ pocionē. Macrobius the
odosius dicit ciphū esse quē inuenerūt cilices et dixerūt si-
licē qui nunc mutata litera vna dicit̄ calix. Et cassiodor⁹ sup
psalmos dicit. Calix dicit̄ passio quia cū mensura bibit̄. fide
lis enim de⁹ qui nō sinit nos temptari. supra id quod possu⁹
Est. n. calix ciphus ī quo mēsurate distribuit̄ pot⁹ bibētib⁹.
Et scd̄m hāc distīctōez calicis et baptismi recte subdidit dn̄s
Calicē quid̄ meū bibetis et tacuit de baptismo. Johānes enī
nō martiriū. sed passiones multas citra mortē sustinuit. Alij
tamē calicē et baptismū: pro eodē accipiūt. s. pro martirio. et
dicūt iohannē fuisse animo martirē. quia aīo nō defuit mar
tirio. etiā in feruentis olei doliū missus. In hūc mod̄ ihero⁹.
dicit de monachis. Monachi debēt habere puritatē martirij
siquid̄ et ipsi: martires sunt. Addiditq; ihesus. Sedere autē
ad dexterā vel ad sinistrā non est meū dare vobis. subaudi:
talib⁹ quales estis qr estis ābiciosi: Vel vobis: quasi pro vo
bis. i. qr propinqui mei estis. Non enī psonaꝝ acceptor ē de⁹
vt. s. psonaꝝ aliquē obseruet sine meritis in dando salutē ei
Et cū indignarent̄. x. de duobus fratrib⁹. docuit dn̄s. et hos
et illos nō venturos ad regnū: nisi per humilitatē. et dedit
se in exemplū eis dicens. Filius hoīs non uenit mīstrari: sed
mimistrare. Quia enī homo cecidit p supbiā: per aliam viam
redire oportet eū in regionē suā. Ad qd̄ significand̄: domin⁹
papa in processionibus redit per aliam viam ab ea per quā
egressus est.

De zacheo et ceco prius illuminato.

Et tanteq̄ ingrederet̄ ihericho illuminauit cecū vnū. et
ingressi⁹ pambulabat iherico. Zacheus aūt princeps

publicanoꝝ quia pusillus erat ascēdit arborem sichomoꝝ. vt videret ihesum transeūtē. Sichomorꝰ ficus fatua dicit̄ in folijs moro similis. In alijs ficui. vnde dicit̄ quasi sichomorꝰ. s. altitudine prestans vñ et a latinis celsa dicit̄. Et dixit ei ihesus. Zachee festinans dñde quia hodie in domo tua oportet me manere. Et descendit et excepit illū gaudēs. Tūc zacheꝰ dimidium bonoꝝ suoꝝ dans pauperibus dimidiū retinuit vt inde redderet hijs quos defraudauerat. que ī quadruplū restituantur scd̄m legem. vt supra dictum ē. Et ait ihesus hodie huic domui salus facta ē eo ꝙ ipse zacheus filius sit abrahe factꝰ. s. nō natus. i. nō scd̄m carnē sed fidē. Salus fit descēdenti. iudeus adhuc ē īsublimi stantes orāt maiores primas cathedras hñt in synagogis eoꝝ ecclesia descēdit. maiores in choro. et ī processionibꝰ posteriores sunt.

De duobus cecis ierichontis.

Et egrediente eo iericho secuta est eum turba multa. pauci enī non audebāt ingredi desertū: propter latrones: Et ecce duo ceci sedebāt secus viam. ex quibꝰ vnus erat barthimeus thimei filius. Qui cū clamarēt filij dauid miserere nostri. Et cū increparent̄ vt tacerēt: magis clamabāt. Stetit ihesus et illis ad se uocatis tetigit oculos eoꝝ. et cōfestim viderūt et secuti sūt eum.

De alabastro vnguento.

Ihesus aūt añ sex dies pasche: veīt bethaniā sabbato. s. ante ramos palmaꝝ. qui dies vnus erat āte paschasi numeremus ip̄m. et diē pasche. cū quatuor interpositis. et erat ī domo symonis leprosi. Symon fuerat leprosꝰ: et a domino sanatus sed tñ pristinū nomen adhuc manebat. Sicut

adhuc dicit: matheus publican⁹. ¶Multiq; iudeoꝝ venerūt illuc: qui conuenerāt ad diē festum. non propter ihesū tantū sed vt lazarū viderent. Cogitauerūt ergo principes sacerdotū: vt et lazarū interficerent. fecerūt autē ei cenā et martha ministrabat. et lazarus vnus erat discumbentiū. Qui vt ait au⁹ustinus de verbis dñi conuiuis interrogantib⁹ loca penarū. et sedes inferi diligenti narratione indicauit et ita inferi longis tempo⁹ibus ignorati. tandem inuenerūt prodito rem. ¶Maria ergo habebat alabastrum vngenti nardi. idest pixidem de alabastro: plenam vnguento nardi. Sicut enim dicimus ciphum vini. sinū lactis et huiusmodi sic dicit hic habens alabastrū vnguēti. Et est genus marmo⁹is candidi. et plucidi varijs colo⁹ibus intertincti q̄ incor⁹upta seruat vnguenta: ¶Nardus autē est frutex aromatica crassa radice: sed bre⁹i nigra. et fragili. cypressini odo⁹is folio paruo densoq; cuius acumina in aristas se spergunt pigmentarij spicas. et folia nardi celebrant. Vnde ad cōmendationē vnguenti: ait marcus spicati precio⁹i. Erat enī de nardo inclita a regione indica. Alia enī genera nardi: vilia sunt. Johānes quātitatē expressit dicēs. Libra vnguēti nardi pistici. i. fidelis. Pisteno enī credo. et pistis fides dicit. nulla. s. adulterina admixtiōe cor⁹upti. Quidā tñ pisticū a loco dictū putant. fregit aūt. i. apuit maria alabastrū. et effudit vnguentū sup caput ihesu et etiam vnxit pedes eius et extersit capillis suis. et domus impleta est ex odo⁹e vnguenti. Et quia ea die maria fouit pedes dñi vnguento in memo⁹iā eius rei: eodē sabbato dñs papa multis debet erogare paupe⁹ibus. Hij enī pedes sedentis in celo: adhuc sunt ambulātes in terra cuiꝰ largitionis occupatione ea die nō egredit ad aliquā ecclesiā. cū ceteris diebꝰ quadragesime stationē faciat ad celebrandā missam. Inde est

q̄ in antiquis gradualib⁹ legitur in rubrica sabbatū vacat. quia dominus papa elemosinā dat. et in romano capitulari euāgelior. feria. vij. datū fermentatū consistorio lateranēsi. Nec moueat te si ob aliam causam inuenis dictas dominicas vacantes. Indignabat aūt iudas scharyotes. quasi de pdito vnguento. cū posset vendi trecentis denarijs. et dari egenis Erāt aūt et alij indigne ferentes et dicētes. Vt quid pdicio hec vnguēti facta est? Isti quidē propter pauperes indignabantur. quibus forte verbis iude pſuasum erat. Judas vero propter lucrum: quia fur erat. et loculos domini habens que mittebāt portabat. i. non solū ferebat: sed asportabat. Habebat enī vxorē et filios: sicut scriptū est de eo. Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua. vxori ergo et filijs dabat que furabat. Et ait illis ihesus. Quid molesti estis huic mulieri bonū op⁹ operata ē in me. ad sepeliendū me fecit. Q. d. Nō ē perdicio: sed officiū sepulture iohānes ait. Sine illam vt in diem sepulture mee seruet illud. Marcus quasi exponēs hoc ait. Qđ habuit hoc fecit. p̄uenit enī vngere corpus meū: in sepulturā subaudi ponendū. Q. d. Sine vt faciat. viuo dum potest. q̄đ volet facere mortuo: sed nō poterit. Et forte a spū sancto licet nesciēs. sic p̄occupauit vnctionē sepulture mulier Tunc dixit ihesus. opus hoc memorandū: vbicūq̄ p̄dicaret euangeliū hoc. Et benedixit euangelium hoc nondum enim scripta fuerāt euangelia. Inci. Pel pistiti. i. mixti de spicis et foljs confecti q̄ē precioſius vt dicit beda sup marcū et forte picis mixturā sonat. et inde pixis pixidis. Inci. Legit tn̄ in quibusdā sacramentarijs statio ad sanctū petrū et p̄t dici vacās q̄ nō habet propriā antiphonā ad introitū misse sed pridiana repetit vel nō habet propriū euāgeliū vt sunt quatuor dnice sequētes sacra ieiunia tpalia p⁹ ordines.

De maledictione ficus et sessione sup azellum.

Mane aūt facto ascēdebat ihesus iherosolimā et discipuli eius. Et cū venisset bethphage. qui erat viculus sacerdotum. in latere mōtis olivueti et misit duos de discipulis in castellum qō contra eos erat. i. in iherusalem vt adducerēt ei asinam et pullū eius qui erāt alligati in binio. et si quis contradiceret dicerent dominū hīs opus habere. Asina hec credit coīs fuisse paupibus: qui propria iumenta nō hēbant Cūqz quis operatō fuerat ī ea: pabulū dabat ei et pullo. qui pariter ad opera coīa nutriebat. Nōdum enim quisqz ascenderat eum et ob eius ita cōe obsequium quidam dictam eam subiugalem putant quasi omniū dño expositā. Sed grecum nomen est. Asina enī latine grece subiugalis dicit. et vtrūqz nomen ob eandem causam institutū est. Hoc enim iumentum primū: insedit homo. et a sedēdo: asinū dixit latinus et grecō subiugalem. Hīj duo missi credunt fuisse petrus et philippus ad significandū: quia ipsi primū adduxerunt gentes: ad ihm petrus cornelīū et domū eius. philippus samariā. In hoc itinere dum ascenderet iherusalem: putemus eum esurīsse et accessisse ad ficum. et cū non inuenisset in ea nisi folia et nō fructū ait. Numqz ex te amplius exeat fructus. et statī aruit Qō tm in signum synagoge maledicte et arefacte: peruerse. s. meditātis fecit ihesus. Non enī querebat fructus ex ea: cum nondū tempus ficuū erat. Qō licet apud matheū legatur. sequēti die factum. Marcus quoqz dicat alia die eū cū exieret a bethania esurīt. putamus recapitulando dictū esse. Marcō enī narrat hoc factum esse ante ejectionē vendentiū de tēplo quā costat die dnica factā. Nec ob aliud tamen hunc ordinē marci sequimur: nisi quia post matheum scripsisse. Sive aūt

matheus secunda feria dicat factū recapitulando: siue marcꝰ ante eiectionem preoccupando quia de facto non est questio. de die. arbitrio legentis relinquimus. Euntes aūt discipuli fecerunt sicut illis preceperat dominus et ponentes vestimenta sua super pullum: eum superfedere fecerunt. Marcus et lucas et iohānes. non dicunt eum sedisse nisi super pullū. Zacharias quoqꝫ prophēta dixit. sedens super pullum asine Matheus dicit eum sedisse super asinam et pullum. Quod licet esset breuis via: tamen fieri potuit. vt primo insedisset pullo. et forte quia nondū domitus et lasciuus erat descēdit et insedit asine. Quod si sup pullum tantum. matheus tamē vtrumqꝫ posuit in misterio. Qꝺ aūt hoc prophetatū fuerat de ihesu: nō cognouerūt discipuli donec glorificatꝰ fuit ihesus Incidens. Tamen in actibus apostolorꝫ legitur philippus diaconus conuertisse samariam.

Qꝺ gloriose susceptus dñs fleuit sup ciuitatem.

ET cum appropinquaret ihesus ad descensum montis oliueti. multi descēdentium cum eo substernebāt vestimenta sua in via. Alij cedebant ramos de arboribꝰ. et sternebant in via. Turba autē multa que venerāt ad diē festum. et pueri et plebecula iherosolimorꝫ tollentes ramos oliuarū precesserunt ei obuiam. et qui precedebant et qui sequebant clamabāt. Osanna filio dauid. Et est osanna hebreū verbū compositum ex corrupto et integro. osi enim sonat salua. vel saluifica anna est interiectio obsecrātis. sicut pape admirātis Que quia in latino eloquio non adeo proprie habetur: pro ea posuit iheronimꝰ. noster latinus obsecro. Est ergo osanna

quasi osi anna. idest salua obsecro. Et est vna dictio vt diximus vel due: per elixim. prolate. idest per elisionem et substractionem vnius littere que est i. Vel sunt due dictiones fili o. et tunc legit ita. dicentes osanna o fili dauid. O aduerbium vocantis ponitur quandoq; pro interiectione obsecrantis. Et post conuertendo sermonem inter se: dicebant. Benedictus qui venit rex in nomine domini. subaudi: sit vel est. Et benedictum quod venit regnum patris nostri dauid. quasi dicerent. Hic est de quo dictū est. Dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius. Et iterum conuertentes verba ad cristum dicebant. Osanna in excelsis. Quia licet forte petebant sublimitatē regni terreni: tamen prophetice nescientes eum regem celi et angelorum predicabant. Et quidam phariseorum de turba: dicebant ei. vt increparet discipulos. Quibus respōdit. Si hij tacuerint lapides clamabunt. quia in passione hijs tacentibus pre timore petre scisse clamauerūt eum dominum mundi. Et vt appropinquauit: fleuit super ciuitatē dicens. Quia si cognouisses et tu: subaudi. fleres quia circūdabunt te inimici vallo. et non relinquent in te lapidem super lapidem. Quasi diceret. Si cognosceres ruinam tuam futuram. et causam eius que abscondita sunt tibi in hac die. que ad pacem tibi est: fleres. Qō autem illa iherusalem prior funditus sit eversa: apparet. quia locus caluarie qui tūc erat extra eam: et sepulchrum: modo sunt in ea. Elius enī adrianꝰ eam penitus eversam: reparauit. Mutauitq; nomen et locum. vocās ea helyam. Merito autem perituram eam dicit dominus. quia cum miluus et hirundo cognoscant

tempus suum ipsa non cognouit tempus visitationis sue Et cum intrasset vrbem: commota est vniuersa ciuitas: dicens. Quis est hic? Turbe autē dicebant eum ihesum esse prophetam a nazareth. Memoriam huius processionis dñice: quot annis semel recolit ecclesia. Egrediunt enim fideles cum ramis quasi obuiam domino extra muros ciuitatū. et vadunt vsq; ad crucem aliquam. in qua ramos quos gestāt. affigentes deponunt. Quasi diceret ecclesia. Michi absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu cristi. Quando autem ideo eunt vsque ad crucem: quia sic ostenditur eis: non esse sperandū in quantalibet gloria mundi. quia extrema gaudij luctus occupat. Pro eadem significatione: in illa die processionis subditur euangelium dominice passionis. forte quia et dominus exultationi inseruit lamentum suum. et nos processioni passionem. quia passio post fuit causa euersionis: pro qua fleuit. Ecclesie quidem ille que in eadem die dominicalem processionem isti premittūt: rectius faciūt quia non pro ista: illa est dimittenda. Similiter et ille qui pontifici suo extra vrbem posito in loco predicto crucis ei occurrunt. et ipso populum precedente in ciuitatem regrediuntur ordinatius faciunt. Incidens. Nota duo esse genera triumphantium quorum alterū dicitur ouatium cum triumphās scilicet ponebatur sup album equum. et populus cum laudibus sequebatur eum. Alterum vero vocabatur laureatum et tunc ponebatur sup currum equis trahentibus eum. et populo circumquaq; diffuso laudet concinente domino sedenti super asinum: quasi ouatium exhibitum est.

De secunda eiectione ementium et vendentium.

ET intrauit ihesus in templum: deinde ostendit ruinam vrbis pro qua fleuerat maxime: ex sacerdotum culpa processuram. Sacerdotes enim auaricie sue consulentes in porticibus tēpli hostias vēdebāt cuiq; generis ne veniētes de lōginquo nichil offerrent. si hostias presto non inueniret et ne pauperes qui nichil secum attulerant: excusationem p tenderent pecunie non habite. posuerant ibidem nummularios qui mutuam sub cautione darent pecuniam. Sed quia lex non patiebatur vt a fratribus suis vsuras acciperent: excogitauerunt vt colibistas facerent. Colibia enim apud eos dicuntur vilia munuscula. vt ciceris et vuepasse. et pomorum diuersi generis quasi q̄ in minimo non licebat: in talibus liceret. Qō et prohibuit ezechiel dicens. Vsuram et omnem superhabundantiam non accipietis. Sic et hodie. quidam sub nomine caritatis vsuram palliant. Et facto flagello de funiculis: eiciebat vendentes et emētes cum hostiis suis de templo et mensas trapezitarum euertit. et dixit. Ne domum patris sui que erat orationis facerent speluncam latronum. nec sinebat vas aliquod deo non dicatum transferri per templum. Et traduntquidā quia quidā fulgor radiosus egrediebat ex oculis ip̄i. Quo territi sacerdotes et leuite non poterāt ei resistere. Secōm hoc recte faciunt. qui cereas faculas ī ecclesia vendi nō permittunt nisi forte. quia maxime pro ministerio fecit hoc dominus. Et accesserunt ad eū ceci et claudi: in templo et sanauit eos. De laudibus et quasi honoratione exhibita domino die dominico omnes euangeliste cōsentiunt eiectionē eodem die factā. Matheus et lucas tradūt. marcus vero sequenti die tradit. forte duob9

dieb⁹ illis iterato facta ē. Similter forte eedē laudes sequēti die iterate. quia glosa super exodū dicit sequenti die factas super locum illum vbi agitur de agno decima die tollendo.

De excitatione templi in triduo.

Et admirantes principes sacerdotū et scribe dixerunt ei. Qđ signū ostēdis nobis quia hec facis: quasi dicāt significasne aliqua hoc opere inusitato: vel potius non credimus tibi hoc licere. ergo ostēde nobis signum quo credam⁹ hoc licere. Et respondit. Soluite templum hoc. et in tribus diebus excitabo illud. et dixerunt quadraginta et. vi. annis edificatum est hoc templū: et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille aūt dicebat de templo corporis sui. Templum domini qꝫ modo est in bethel dicitur. quis edificauit nescit Quidam dicūt edificatum ab helena post crucis īuētionem. Quidam ab heraclio cum de persida triumphans crucem retulit. Quidam a iustiniano augusto. Quidam a quodā rege egypti in nomine allachibis. i. summi dei. Salomonicum tēplum. vij. annis cōpletum est. Scđm autē templū sub tyto .xxx. annis edificatum est: sed non super terram. nisi q̄tum sacerdotes poterant vsqz ad medietatem dorsi superuiti. finitime enim gentes edificationem impediebant. post intermissum est opus ad imperium cambise octo annis. et post vno anno sub duobus magis. iterū vno āno: sub dario filio ythaspis. Secundo autem anno regni eius. recepta licentia ab eo: in sex annis: consummatū est opus. Qđ legitur hunc numerum dierum formationi dominice corporis congruisse. quantum ad distinctionem membroꝝ. non ad formationem dict̄ū est. Hoc aūt non dixit ihesus imperando vel cōsulēdo.

vel hortando. sed predicendo. et est: soluite. i. soluetis.

De duobus minutis vidue.

Et respiciebat ihesus diuites: qui mittebant munera sua in gazophilatium. Philaxe grece seruare dicitur Gaza: lingua persica opes. Erat autem archa desuper foramē habens. posita: ad dexterā ingrediētibus. circa altare. ī qua mittebatur pecunia offerentium: que ad sarcatecta templi re paranda reseruabatur. tamē erat ibi quedam specialis archa in qua soli sacerdotes mittebant donaria sua. que vocabaṫ corbanan. Erat et ibi tercia. in qua rex vel princeps tribuū mittebat que dicebatur musac. Tamen quidam aliter distin gunt. quia quādoqꝫ legiṫ musac sabbati: dicunt ī illa archa tantum reponi oblationes solempnium dierꝫ. Et quia corbā votum sonat. dicunt in corbanan reponi votiua. in gazophi latio aliorum dierum munera: et spontanea. Tamē quelibet earum generali nomine gazophilatiū dicebaṫ: etiam et locꝰ in quo erant posite. vnde habes. Hec locutꝰ est ihesus ī gazo philatio. In ezechiele qꝫ thalami sacerdotum: dicuntur gazo philatia. Vidit autem et quamdam mulierem viduam pau perculam mittentem era minuta duo. qꝰ est quadrās. i. duos ereos nūmulos valētes quartam partem ficlis. s. obolos. v. Et dixit eam misisse plusq̄ oēs: quia totum victum miserat. Alii vero ex superhabundantia sibi.

De phariseo et publicano.

Dixit etiā ihesus ad quosdā qui in se confidebant tāq̄ iusti pro operibꝰ suis exterioribꝰ. et aspernabantur

ceteros: parabolā de phariseo. et publicano. et intulit. Quia oīs qui se exaltat humiliabit̄. et qui se humiliat exaltabit̄.

Qō dominus pernoctabat in bethania.

Et cum vespa iā esset hora: rediit ihesus in bethaniā. et ibi mansit. Erat enim diebus docens ī templo. noctibus exiens. morabatur in bethania et omnis populus manicabat ad eum in templo: audire eū. et multi sequebantur eum et curabat eos. Unde et iohannes ait. Cum esset ihero-solimis in pascha. in die festo: multi crediderunt in nomine eius. videntes signa que faciebat. Similē curationē referunt matheus capitulo centesimo. lx. et marcus in illius concanonico. Ideo tota septimana illa penosa dicitur. quia p totā illam laborauit dominus recreando sicut per primam mūdi ebdomodam creando.

De voce prīs ad ihesum quā quidā putauerūt tonitruū.

Venerunt autem quidam gentiles vt adorarent in die festo. Et dixerunt philippo. Domine: volumus ihesum videre. Qui assumpto andrea: dixit ihesu hec. Et respondit ihesus. venit hora: vt clarificetur filius hominis. q. d. plenitudo gentium creditura est. Qō tamen: post passionē futur̄ insinuauit dicens. Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multū fructum affert. Et quia grano frumēti se comparauit cristus: mos est ecclesie de hoc grano tantum cōficere corp̄ ihesu. Et addidit. Qui odit animā suam. i. vitam in hoc mūdo: in vitam eternam custodit eam. i. viuet eternaliter. Si quis michi ministrat: me sequatur: et mecum erit. Nunc aīa

mea turbata est. Et quid dicam? pater saluifica me: ex hac hora. Pater. clarifica nomen tuum. Et venit vox de celo. Et clarificaui: et iterum clarificabo. i. clarum genui nec desistā. vel scōm hominē clarificaui in baptismo, ī transfiguratione clarificabo ī resurrectione. et ascēsione. et iudicio. Et quidā dicebant tonitruū factū. Alij: quia angelus locutus ē ei. Et ait ihesus propter vos. hec vox facta ē. Nūc princeps mūdi huius eiciet foras. i. princeps amatox mundi. pdet potestatē post se trahēdi. Et ego si exaltatus fuero a terra: ōnia trahā ad me ipsum. i. ex ōnibꝫ partibus mūdi. Et cū intellexissent crucifixionē. que forte vsualiter ab eis dicebatur. exaltatio a terra, quasi opposuerunt ei. Qđ si exaltaretur non erat xps Audierant enim ex lege. quia xps manet ineternum. Qđ non determinans dixit. quia modicum lumen in eis erat. Et cum vespera facta esset: redibat in bethania.

De filio qui negauit se iterum ī vineam et iuit.

Et iterum rediens ihesus diluculo tercij sabbati in tē plum: docebat populum. Et accesserunt ad eum princ es sacerdotum dicentes. In qua potestate hec facis? quasi quid est ꝙ eicis de templo quos vis. cum non sis hostiarius et doces nobis in consultis? Ihesus aūt oppositionē tradidit oppositioni: non solē em. interrogo et ego vos baptismus iohannis ex deo erat an ex hominibus. q. d. Quia certum est ꝙ ex deo deletis credere iohanni: de potestate mea. Quibus quia dixerunt se nescire ꝙ tamen sciebant: noluit eis aperire de se veritatem. Qđ autem aperienda erat alijs veritas. et nō ipsis: et quare indicauit per parabolam duorum filiorum. quorū vni dixit: pater vade in vineam. Et respondit nolo.

tamen post iuit. Dixitq; alij pater vade in vineam. Qui ait. vado: et non iuit. Et cum quesisset ihesus. quos eorum fecit voluntatē patris: dixerunt. Nouissimus. ter giuersando nolentes dicere veritatem. intelligetes pro ipsis dictum. Dete res codices habēt. primus: vnde ihesus subdidit. publicani et meretrices: precedent vos in regno dei.

De cultoribus vinee sanguinarijs.

Iterū proposuit eis parabolam de patrefamilias. qui plantauit vineam. et locauit eā agricolis. Qui missos seruos ad recipiendas fructus occiderunt: ysaiam serrauerunt Ezechielem tractum per aspera excerebrauerunt: multos lapidauerunt. Et mittens pater filium ait. forsitan verebuntur filium meū: dicamus arrio et eunomio. Ecce pater ignorare dicitur. et quitquid responderitis pro patre. hoc intelligant pro filio. qui se dicit ignorare consummationis diem. Quem cum vidissent agricole: dixerunt. hic est heres. quia sacerdotes sciuerunt illū venisse. Cui pater dixit. Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Et apprehensum filium: eiecerūt extra vineam. Et occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vinee Et dixerunt: scōm lucam: absit. intelligentes q̄ messiam occiderent. Scōm matheum dixerunt eos dixisse. malos male pdet. et vineam suam locabit alijs agricolis. hoc autem non dixerunt voce. sed dicebant ī conscientia. Qō autem hoc facturi erant probauit dominus. quia sic erat prophetatum ibi lapidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli.

De lapide angulari.

Ad litteram traditur fuisse lapis paratus ad edificium tẽpli. nec tñ congrue in eo poni potuit. donec cõsummato opere in angulo sursum positus est. ita congrue quia mirarẽtur omnes non propter significationem factam intelligerent. hic est cristus. qui fundamentum est. ita ꝙ structure supereminet. Qõ cum audissent sacerdotes et pharisei: voluerunt eum tenere: et timuerunt turbas.

De inuitatis ad nupcias et nõ habẽte vestem nupcialẽ.

Et dixit eis iterum ihesus in parabolis. Simile factũ est regnum celorum regi qui fecit nupcias filio suo. Qui cum iterato misisset ad inuitatos. vt venirent. et excusantes se noluissent venire. misit seruos suos. vt vnũquẽqꝫ conuocarent conuiuas. et iduxerũt bonos et malos. debiles et claudos. debilitas enim corporis neminem vidit a regno ymmo et. sepe compellit. Et intrauit rex vt videret discumbentes. qõ erit cum veniet ad iudicium. Tota enim trinitas iudicabit. i. reddet pro. meritis. Et qui inuenietur in ecclesia sine veste nupciali: idest caritate: mittetur in tenebras exteriores. i. localiter extra ipsum positas. quia habuit i se ipso interiores. potest etiam dici de tenebris mentis quas quidã habet interiores. i. in ecclesia. Alĩ exteriores extra ecclesiã scilicet vt infideles et heretici: tunc ergo ecclesiastici mali exterius proicientur. vt habeant partes cũ infidelibus.

De herodianis et questione de tributo reddendo.

Tunc inierunt pharisei consilium. vt caperent ihesum in sermone. Et miserũt discipulos suos cñ herodianis.

venerat herodes tetrarcha ad diem festum. et gentiles mili
tes secum adduxerat vel de antiquis militibus herodis asca
lonite: adhuc supererant isti. Qui venientes ad ihesum: dixe
runt. licet censum dari cesari. an non? Jam enim dubitatio
erat inter iudeos. de tributo reddendo. pro quo etiam romāi
post insurrexerunt ī eos. Et ait ihesus. Quid me temptatis
ypocrite? Ostendite michi nummisma census. propie num
misma est īscripcio in nummo. que et moneta dicitur. p quā
nummi discernuntur. hic autem ponitur pro ipso nummo. et
est. Ostendite michi denarium qui pro censu capitis datur.
Cumq; quesisset de ymagine cuius esset. et dixissent. cesaris
tyberiī. Sic intulit. Reddite ergo que sunt cesaris cesari. tri
buta. s. et munera. et qui sunt dei: deo. premicias. decimas et
oblationes.

De septemuira muliere.

In illa die. accesserunt saducei. qui resurrexionem non
credētes: suggillabāt. phariseos querētes de septēuira
muliere. Cuius esset ī iudicio. Nō vel ipsi confixerant: quia
erat possibile. vel forte in re euenerat. Qui cū eandem questi
onem proposuissent ihesu: Respondit. in resurexione non
nubent mulieres nec nubent viri ab eis. i. non ducent quia
homines īmortales non egebunt propagatione. et est greco
decomate dictum: nubentur: futuram autem resurrectionem
probauit ex verbis domini: qui dixit. moysi in rubo. Ego
sum deus abraham. deus ysaac. et deus iacob. Quia isti pro
phetas non recipiebant euidentibus eorum testimoniis non
potuit vti cōtra eos. Est autem probatio talis. ipsi putabāt
animas intrare cum corporibus. hac autem auctoritate pro
bat animas inuenire post corpora. Alioquī. si homo moriēs

penitus in nichilum redigeretur tūc dixit deus. se deum esse nichili. Manentibus ergo animabus post mortē. colligi potest. quia corpora resurgent. vt cū eis recipiant anime qꝫ cū eis meruerunt. Alioquin: frustra iucorperantur.

De mādato primo et. ij. in lege et sauciato a latronib⁹.

Pharisei autem videntes quia silentium imposuisset saduceis: cōuenerunt in vnum. Et accessit vnus legis doctor temptans eum et dicens. Magister. qđ est mandatū magnum in lege? Et ait ihesus. audi ysrahel. dñs deus tuus vnus est. hoc nunciū ē de mandato. Sed preostendit de quo datum est mandatum qꝫ tale est. diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo: et ex toto anima tua. et ex tota mente tua Scōm simile ē huic. diliges proximum tuum sicut teipm .i. de re simili deo. est hoc scōm. Homo enim ymago dei est. Et respondit scriba. In veritate dixisti. Et hoc est magis omnibus holocaustomatibus. patet inter scribas et pharisaos fuisse questionem. Quidam enim legis opera preferebant dilectioni: Alij econtra. eo qꝫ ante legem plures deo placuerūt per dilectionem: sine omni sacrificio. primum autem et scōm dicitur mandatum. qꝫtum ad ea. de quibus mandantur. Cui ihesus ait hoc fac. et viues. Ille autem volens iustificare seipm: ait ad ihesum. Et quis est meus proximus: Cui ihesus ostendit omnem misericordiam facientem. esse proximum. et specialiter ipsum dei filium proponens parabolam sauciati: qui incidit in latrones. nec distabat hec parabola multum a re facta. quia in illo diserto latrones sepe sanguinem fudebant. Vnde et domin. qꝫ sanguinem sonat: vocabatur. Erat autē omnis populus suspensus: et audiens ihesum.

De confutatione phariseoꝝ p auctoritatem dauid.

Congregatis autem phariseis interrogauit eos ihesus Quid vobis videtur de cristo: Cuius filius est: Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid vocat eum dñm suum dicēs. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis Si dauid vocat eū dominū. quomodo filius eius est: Quasi diceret. vos putatis cristum futurū. purum hominem: ergo quando erat dauid. nondum erat cristus. non ergo erat dñs dauid. Mentitus ast ergo dauid etiam perperam locutus est Docius enim patres sunt. et dicuntur domini filiozum quā filij parentum. Judei sompniant hunc psalmum scriptum in persona eliezer. qui post sedem. v. regū: ait. Dixit dominus domio meo abrahe sede a dextris meis. sed sequentia psalmi nō concurrunt.

De doctoribus phariseozum audiendis non imitandis.

Tunc locutus est ihesus ad turbas et ad discipulos. Super cathedram moysi sederunt scribe et phariset. Que dicūt facite. que aūt faciunt: nolite facere. Non sanctificat locus hominem: sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus: sed oīs sanctꝰ sacerdos. Doctrinā accipiaꝫ: nō mozes Apibus herbe necessarie non sunt: sed flozes. Et addidit. Dilatant philacteria sua. et magnificant fibrias. quod supra expositum est. Amant vocari rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Unus est enī magister vester. Et patrē nolite vocare vobis super terram. Unus enim est pater vester qui in celis est. Non prohibet dominus doctrinam super cathedram. nec salutationes in foro, nec nomina magistri. vel patris sed ambitionem et vanam gloziam.

HO ostendendū autem que ī phariseis doceat cauenda subdidit. Ve vobis qui diligitis primas cathedras. Ve vobis phariſei ypocrite. qui fertis clauem scientie: et clauditis regnum celorum. ante homines. Ve vobis qui deuoratis domos viduarum. Ve vobis qui circuitis mare. et aridam vt faciatis vnum proselitum. i. aliquem gentilem ad uenā trahatis adiudaismum. et facitis eum filium gehēne. duplo q̄ vos. quia rediens ad vomitum: peior est q̄ ante. quia priuaricator. Ve vobis qui dicitis qui iurat. per templum nichil est. Qui autem in auro templi. debet qui per altare nichil est. Qui ī re oblata super illud: debet. sacerdotes vt ī uitaret populum ad dandū. dicebant data sibi et oblata sanctiora et ipso tēplo et altari. Dominus ecōtra dixit. quia templum et altare. quodam modo sanctificabant in eis oblata. quia deo dicata erant. Oblata vero nequaq̄ sanctificabant illa. Hoc altare mutatum fuit a sarracenis in horologium et adhuc videri potest. Adhuc multi eodem vicio laborant qui putant magis esse per euangelium. q̄ per deū. Ve vobis qui decimatis omne olus. et relinquitis misericordiam et iudicium. Hoc verbum decimatis: dubium est. Nā et qui accipit: et qui dat. decimare dicitur. pharsei autem ideo decimas olerum dabant. vt diceretur: quoniam alias nō dant: qui has negligunt dare. Deuite autem a deo exiebant decimas: q̄ essent olerum. Item. ve vobis duces ceci, colātes culicem et trāsglutientes camelum. per similitudinem ladis qđ colatur. dictum est. et potest referri ad predictum sic. Minima sicut culicem diligenter inquiritis. vt decimas misericordiam. s. et iudicium absc̄ditis. vt qđ glutitur: absc̄dit

vel ad id ꝙ dictum est. duces ceci: trahitur. Ita minora peccata subditorum diligenter arguitis. proicitis grauiora dissimulando: transitis. Item. ve vobis qui similes estis sepulchris dealbatis. que plēa sunt omni spurticia. Itē ve vobis qui edificatis sepulchra prophetaꝝ. et dāpnatis. pr̄es vr̄os quia eos occiderunt. genimina viperarum vos implebitis mensuram patrum vestrorum. Vnde dicit sapientia dei. Mittam ad vos sapientes et scribas. et ex illis occidetis et crucifigetis. et flagellabitis in synagogis vestris. Hic patet hereticum mentiri qui dicit alium deum esse prophetarum. et alium noui testamenti. vt veniat super vos. i. super ecclesiā malignantium oīs sanguis iustus. i. vlcio sanguinis iustorū a sanguine abel iusti. vsqꝫ ad sanguinem zacharie filij barachie. quem occidistis inter templum et altere.

De zacharia filio barachie.

Si die vndecimo pophetarum. vel de patre iohannis dicatur: ꝙ fuerit occisus in templo. non legi. Potest ergo dici de filio ioiade sacerdotis. quem ioias occidit vt legitur in regum. et forte: pater eius cognominatus est barachias. vel pro nominis interpretatione positum est. Barachias enim benedictio domini interpretatur. Et sensus est filij barachie. i. benedicti domini. In euangelio nazareorum legitur filij ioiade. Pastorem autem et sacerdotem tantum cōmemorauit ihesus. vt duo genera hominum vocaret subditos et prelatos. Nulli enī generi parcit: praua generatio.

De comminatione conuersionis iherusalem.

ET conuertens ihesus sermonem ad iherusalem: ait. Iherusalē quotiēs volui cōgregare filios tuos etc. i. quotiens filios tuos voluntate mea congregaui: te nolēte et ingrata feci. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis. non me vidēbitis āmodo: donec dicatis benedictus qui venit in nomine domini. i. ab hoc tempore passionis: non videbitis faciem meam. donec ad iudiciū nō videbitis me venientē in gloria dominantis: et fidēles magnificabitis me. etiā cecitatem eor. vsq; tūc duraturā p̄dixit.

De signis euersionis et aduentus sui.

HEc locutus ihesus abiit et abscondit se ab eis. Etiam multi ex principibus crediderunt in eum. sed propter phariseos non confitebantur. Cum q; egrederetur de templo accesserunt ad eum discipuli eius. ostendentes edificationes templi. Audierant ab eo de euersione vrbis. volebant et audire de tēplo. quia videbat eis. q̄ nec capi nec euerti posset. Et ait illis. Venient dies: in quibus nō relinquet hic lapis supra lapidem: qui non destruatur. Et cum sederent in monte oliueti cōtra templū. accesserunt ad eum discipuli secreto et querebant signa ab eo euersionis iherusalē: et signa aduent⁹ sui: Et dixit eis quedam propria signa euersionis quedam propria aduent⁹ sui et quedā cōia vtriq;. Premuniuit aūt fidēles ne seducant cū audierint multos dicentes se xp̄os ee. Non enī venturus est nisi precedant signa que dixit. p̄misit autem cōia. s. prelia et seditiones gentes contra gentem et regnū contra regnum. pestilentias. fames. terremotus p loca terroresq; de celo. psecutiones sanctor. Ante nāq; euersionē iudee elementa quasi suū vindicabat auctorē. Postea posuit

propriū destructionis signū. Inci. In accubitu montis oliueti ē mōs offensionis dictus sic. quia ibi salomon posuit ydolum moloch.

Propriū signum euersionis.

Qum ꝙ videritis abhominationē desolatiōis que dicta est a daniele stantem in loco suo. i. ymaginem abhominabilem. que signum erit desolationis positam in templo. De ymagine tyberij. quā pylatus posuit in templo: Quidam hoc exponūt. sed hoc iam factū erat. Si dicatur de ymagine gaij. de qua post dicemus. Hoc die vicino futurū erat de statua gaij. ante euersionem. s. annos. x. et. xxx. duobus annis. Non ergo cōgrue dictū esset pro signo eius. sed euersa iherusalem per tytum: Adrianus statuam suam posuit vbi archa steterat. Quia vestigia ciuitatis quedam adhuc manebant et iudei qui latentes vndecūqꝫ remanserant. quādoqꝫ ad locū sanctum redibant. et iterum multiplicati: āmouerunt statuā Ob hoc adrianus apposuit manum extremam: et funditus euertit vrbē. et edixit ne quis iudeoꝝ remaneret ī terra illa et de hac vltima euersione: videtur subdere lucas dicens et captiui ducentur in omnes gentes.

De impedimentis fuge.

Qum autem videritis circūdari ab exercitu iherusalē. tunc qui in iudea sunt: fugient in mōtes. Ecclesiastica narrat hystoria. Fideles qui erant in iudea: aduenientibꝫ romanis fugisse ad pellā ciuitatem āmonitione angeli. Orate autem ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. hoc ad litterā non videtur dictum de hyeme. Terra enim illa accōmodatior

est. fuge in hyeme: quam in feruore estatis. De sabbato stare potest. quia scm̄ legem vltra mille passus non licebat eis progredi in sabbato. Sed quia ihesus iam terminauerat observantiā sabbati. forte vtrū ꝑ ī ministerio dixit. n. si hyemē pro qualibet aeris asperitate dicamus. quia et hyemis nomē asperitatem sonat.

Propria signa aduentus sui iudicis.

Vltimo posuit ihesus signa. aduentꝰ sui: dicēs. Erit tūc tribulatio magna. qualis nō fuit ab inicio mundi. Et erūt signa in sole et luna et stellis. et in terris pressura gētiū pre cōfusione sonitus maris et fluctu ī. arescentibus hōibus pre timore et nisi breuiati fuissent. i. pfciti adeo breues dies illi. non fieret salua omnis caro. i. rarus aut nullus posset sustinere pressuras et p pacientiā saluari. Et nota dominū breuiter videtur quedam signa iudicij tetigisse.

De signis. xv. dierum.

Heronimus autē in annalibus hebreoꝝ inuenit signa. xv. dierum. ante diem iudicij. Sed vtrū continui sint futuri an ī terpolati: non expressit. Prima die eriget se mare. xl. cubitis super altitudinē montium. stans in loco suo quasi murus. Secundo die tantum descendet. vt vix posset videri. Tercio marine belue apparentes super mare: dabunt rugitꝰ vsq̄ ad celum. Quarto ardebit mare et aque. Quinto herbe et arbores dabunt rorem sanguineū. Sexto ruent edificia. Septimo petre adinuicē collidentur. Octauo fiet generalis terremotus. Nono equabitur terra. Decimo exibunt homines de cauernis. et ibunt velut amētes nec poterūt mutuo loqui

Vndecimo surgent ossa mortuorꝝ. et stabunt super sepulchra Duodecimo cadent stelle. Terciodecimo morientur viuentes: vt cum mortuis resurgant. Quartodecimo ardebit celum et terra. Quītodecimo fiet celū nouū. et noua terra et resurgēt omnes. Et addidit ihesus. Sicut fulgur exit ab oriente. et paret vsqꝫ in occidentē. sic erit aduentus filij hominis subitꝰ et choruscus. et tunc apparebit signum filij hominis in celo hoc est in aere. Dominus enim apparebit in aere: supra locū vnde ascendit. Et ante eū erunt instrumēta mortis sue quasi vexilla triumphi. Crux. claui. lancea. Et in carne eius videbuntur cicatrices. vt videant in quem pupugerunt. Et in valle iosaphat iudicabit̄ oīs homo: āgelis cōgregātibꝰ eos

Qđ solus pater nouit diem iudicij
et de vno relicto et altero assumpto.

Tunc subdidit ihesus generalē āmonitionem. Attēdite ne grauentur corda vestra curis huius seculi. ne sup ueniat in vos dies illa repētina. sicut in diebus noe et loth repentinus interitus tulit nescientes. De die autem illa et hora: nemo scit. neqꝫ filius. neqꝫ angelus: nisi solus pater. Hic exclamat arrius. non sunt equales: qui nouit. et qui ignorat. Iheronimꝰ respōdit. in minori breuiario sup psalmos Humanitas filij dicit se ignorare finem mundi: ꝙ gregoriꝰ in registro quasi exponens ait. Nouit vnigenitus dei horā iudicij. sed non ex natura humanitatis. tamen etiam sic exponitur. Nō nouit: subaudi nobis: quibus expedit incertos esse. vt sic viuamus quasi in proximo iudicandi. vel filius hic dicitur adoptione. Tunc duo erunt in agro. i. prelatorꝝ. Quidam boni: quidā mali. vnus assumetur. i. rapiet̄ obuiā

xp̄o in aera et alter relinquet̄.i. non assumetur. Due molētes in mola vna assumetur: et altera relinquet̄. qd̄ de cōiugatis dictum est. Qui sunt in rota huius mundi. Duo īlecto vnus assumetur. et alter relinquetur. quod de speculatiuis intelligitur. Et dixerunt ei. Vbi domine. s. assumetur? Et respōdit Vbicumq; fuerit corpus. i. dominus in corpore illuc congregabuntur aquile. i. sancti resurgendo innouati.

De vigilia ianitoris et. x. virginibus.

Interim aūt filius hominis erit sicut homo. qui pegre profectus reliquit domū suā et dans cuiq; seruoꝝ opus suum. ianitori precepit: vt vigilet. Vigilare ergo apostolis et apostolocis viris incubuit. Vigilate super se et sup gregē etiam cuiq; fideli: pro modulo suo. Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus. id est tunc separabuntur fatue a prudentibus. Media autē nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obuiam ei. Traditio hebreoꝝ habet cristum media nocte venturum ad modum egypti: quando pascha celebratum est. Quidam etiam sanctoꝝ hoc ipsum oppinant̄ Quia sicut nocte natus est in mundum. et nocte venit ab inferis. ita et nocte veniet. Vnde dicunt fuisse apostoloꝝ traditionem in vigilia pasche. nō dimitti populum ab ecclesia āte profūdam noctem. vt quasi exspectēt aduētum domini. Et dicūt horam illam noctis quādoq; īmo sepius diem diei. pro choruscatione venientis vel typice pro manifestatione cordium. Alij autem ꝙ dubium dicit dominus nō definiētes exponunt media nocte. i. nullo sciente.

De cōmendatione talētoꝝ et. x. mnis.

ITem addidit ihesus parabolā proficiscētis. qui dedit seruis suis talenta. v. et duo. et vnum. Et cōmendatis his qui duplicauerunt talenta. Reprobato vero pigro. qui abscondit suum: ait. Omni habenti dabit̄. non habēti autē qō videtur habere auferetur ab eo et datur habēti eo modo quo debet habere. vt. s. eo bene vtatur. De eodem quoq; addidit parabolam de rege. qui abijt in regionem longinquam accipere regnum et reuerti. Et dedit seruis suis. x. mnas et ait negociamini dū venio. Mna scōm grecos. xl. c. dragmis appenditur. In reditu eius accessit primus et ait. Dne mna tua. x. mnas acquisiuit. cui dominus. Eris potestatem habēs super. x. ciuitates. q. d. pro paruis meritis recipies inspata. Inci. Vocatio serui ē canonica electio episcopi corona dat̄ ei: quando qui imposuit ei manus dat ei textum euangelij et dicit. Vade predica. et ipe cum primo ingreditur ciuitatem suam: euangelium prefert in pectore. quasi negociator ostendens mnam suam. In quibusdam tamen ecclesiis cum dat ei archiep̄s virgam: dicit Vade predica. et ille statī benedicit populum. in quo signatur q̄ moyses cum virga missus est ī egiptum.

De ventilatione aree.

QUm autem venerit filius hom̄is in maiestate sua. et omnes angeli cum eo: testes futuri actuum humanorū Tunc separabuntur boni a malis. et statuentur ad dexteram boni. i. ponentur in eternitate. mali ad sinistram. i. recipient que meruerunt: eligendo sinistram. et commemorabit iudex. vi. opera misericordie. Que sunt pascere esurientem. potare sicientem. colligere hospitem. vestire nudum. visitare infirmum. consolari vinculatum. Septimum legitur in thobia.

sepelire mortuum. Et nō aliud erit hec commemoratio: nisi q̄ oēs scient merita sua. pro quib9 saluabūt aut dāpnabūt. Et ibūt hī in supplicium eternum. illi in vitam eternam.

Opiniones de igne eterno.

De igne eterno dicit augustinus cuiusmodī sit. et in qua mundi parte futurus. neminem scire arbitror nisi per reuelationem. i. vnus est gehenne ignis. sed nō vno modo omnes crucians. Sicut ardorem solis. non ōnes equaliter sentiunt. si tamen equaliter ignis ille ardeat non equaliter sencietur. Gregorius in iob. Miro modo gehēne ignis corporeus est. nec lignis nutritur nec succēsionibus indiget et est inextinguibilis a deo creatus ab origine mūdi. i. vltrix flamma viciorum. Crematione habet lumen. non habet cōsolationem. non lucem. vt magis torqueat ad aliquid lucet Nam reprobi se visuri sunt in inferno vt magis doleant. quia et diues etiam lazarum vidit. In libro tñ pronostico de verbis augustini sic legitur. Est vt ait augustinus infernorum substantia corporalis. Et ideo merito queritur vnū sub terris dicuntur esse iferni si corporalia loca nō sunt et vnum dicuntur inferni quia cognouerunt in spiritu corporalium rerum similitudines sic demonstrantur. vt quia defunctorum anime corporis amore peccauerunt. ad illas corporalium rerum similitudines exhibeantur quibus. carne mortui solent sub terra condi. non nulli ex hac sentētia augustini senciunt. q̄ vbicumq̄ peccator fuerit. ibi elementa cruciabunt eum. cum corpore suo. et ex locis adiacentibus. Est enim probabile vt anima que sua spōte sumpsit a carne fomentum peccandi nolens. ab eadem recipiat fomentum

cruciatus. Qui merito ifernalis et ſub terra eſſe dicũt. quia anime perlapſum terrene voluptatis incurrerent eam. Auguſtin⁹ de ciuitate dei. Cur non dicam⁹ ſpiritus incorporeos poſſe pena corporalis ignis affligi. Idem ignis corporalis dæmones cruciabit. et homines. Iheronimus in epiſtola ad epheſios. Infernum ſub terra eſſe nemo ambigat.

De paſcha et diuerſis acceptionib⁹ huius noīs paſcha.

ET cum conſummaſſet ihesus ſermones hos: ait diſcipulis ſuis. Scitis quia poſt biduum paſcha fiet: et filiꝰ hominis tradetur vt crucifigatur. Hec enim feria tercia dixerat et in quinta ad veſperum paſcha imminabat .xiiij. luna poſt vernale equinoctium. Ambroſius dicit, Hoc nomẽ paſcha grecum eſſe et ſonare paſſionem. nomen vero hebreũ phaſe et ſonare tranſitum. Auguſtinus vero dicit hebreum eſſe non grecum et ſonare tranſitum. Oportune tñ concurrere in hoc nomine congruentiam vtriuſq; lingue. Qui enī patitur: grece paſchi dicitur. Vnde paſcha paſſio computat. ſed in ſua lingua tranſitum ſonat. Quare autem tranſitus dicatur hora illa. ſuper exodum eſt. Declinatur autem paſcha paſche. vel paſcha paſchatis. Et ē equiuocũ ad tria. Deſpa enim quā immolabatur agnus. dicebatur paſcha. ſicut hic: poſt biduum paſcha fiet. et tota dies illā horam precedens nec paſcha dicebatur nec ſolempnis erat. Dicitur etiam paſcha: agnus vt ibi. Vbi vis paremus tibi comedere paſcha. Et apoſtolus ait criſtus immolatus eſt paſcha noſtrum. Dequebantur. vij. dies azimorum. quorum primus et vltimus ſollempnes erant. medij autem non adeo. Sed et hij. vij. quā dogꝫ vocantur paſcha. vt ibi. Nō introierunt pretorium ne

contaminarentur sed comederent pascha idest mundi comederēt in pascha. Vel azima vocat hic pascha. quia hīs diebꝰ erat vsus eorum. Nec mirum si dies azimorum dicebantur pascha. cum et pascha dicatur dies azimorum vt ibi. Dies festus azimorum qui dicitur pascha.

Qua die et cur iudas vendidit dominum.

Et tunc. s. quarta feria principes sacerdotum vidētes ihesum abīsse. et dixisse non videbitis me ammodo: cōgregati sunt cū seniorib' populi ī atriū cayphe. et querebāt vt tenerēt eum vt occiderent. non tn̄ in die festo ne tumultus fieret in populo. Audiēs autem iudas eos congregatos abīt ad eos. et pepigit cū eis de ihesu tradendo pro. xxx argenteis. Forte: quia tūc audierat dominum tercia die moriturum. et putauit eum in morte detineri. mortem imminētem sibi lucratiuam facere voluit. et exinde querebat oportunitatem tradendi eum sine turbis. Incidens. Quod aūt quarta feria ante passionem venditus fuerit dn̄s: ostendit ea die ecclesia lectionem premittens ysaie epistole in qua legitur. Ecce merces eius cum eo. In memoriam etiam huius venditionis per totum annū ī ieiunīs penitencialibus. hec feria secundum locum habet post sextam. Inci. Oro. xxx argenteis qui valebāt. ccc. denarios vsuales singuli. x. et sic recompensauit dampnum vnguenti.

De cena domini.

nychodē ferēs mixturā mirre et aloes. quasi libras cētū. Ista amaritudie sua vermes arcēt a corpib⁹ mortuor. Et accepūt corpus ihesu. et inuolutū syndone quā emerat ioseph: ligauerunt lintheis et etiam alijs que credit attulisse nychodem⁹. Erat autem nō longe monumentum nouum excisum ī petra in quo posuerunt eū. Et nota quia in simplici syndone inuolutum est corpus ihesu: instituit siluester papa vt sacrificiū altaris in lineo tm̄ panno celebraret. De monumento dñi. Dicit beda sup marcū q⁹ dom⁹ fuerit rotunda de subiacente rupe excisa tāte altitudinis. vt vix hō manu extenta culmē posset attingere introitum hns ab origente. cui magnus lapis appositus erat pro hostio. In parte vero eius aquilonari locus domici corporis de eadem petra fact⁹ est. vi. pedes hns longitudinis tribus palmis altius cetero pauimēto eminēs quasi sarcopag⁹ superpositus fundamento. vel in ipso piete loculus factus erat sicut fit in muris domor ad vtensilia reponenda. Nam et dicit beda locum illum non desuper sed a latere meridiano patulum. vnde corpus inferebat. qō tamen priori sentētie congruit. vt esset quasi sarcopag⁹ super lat⁹ inclinat⁹ apturam a latere habens non desuper. Color vero monumēti et loculi rubicundo et albo dicitur esse permixt⁹ Et erant maria magdalene. et altera maria considerātes vbi positū erat corpus ihesu. et reuertentes pauerunt vnguēta q̄ diu licuit eis operari. Sabbato enī quieuerunt. Inci. Supra locum vbi crist⁹ crucifix⁹ est hoc scriptum est grece otheos. i. hic deus. basileosismos. i. rex noster proseonas. i. añ secula ergase. i. operatus est. sothias. i. salutem. emesotis. i. in medio gis. i. terre. Hoc scriptum est grece vbi crux fixa fuit petratio ristis basis. quā vides fundamentum.

De custodibus sepulchri.

Altera autem die que est post parasceuen. conuenerunt sacardotes et pharisei ad pylatum dicentes. Hic seductor adhuc viuens dixit: post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulchrum: ne discipuli eius furto sublatum dicāt resurrexisse. Scdm hanc litterā patet quia sabbato hec facta sunt. Tamen remigius exponit. hic prasceuen preparationē dominice passionis que īcepta est a prima vigilia noctis vt supra diximus. Et legit̄ ita. Altera autem die que est post parasceuē .i. p9 īceptionē huius preparationis. Hoc est ip̄a .vi. feria. que orta est post ei9 inceptionem. visum est forte remigio quia ea die posuerūt iudei custodes sepulchro. et signauerunt lapidem ꝙ sabbato non fecissent. Vn̄ pylatus ait. Habetis custdiam custodite .i. do vobis licentiam ponendi custodes. Ite custodite. qd̄ et fecerunt.

De aduentu mulier̄ ad sepulchrum.

Vespere autem sabbati que lucessit ī prima sabbati cū adhuc tenebre essent: veīt maria magdalene et altera maria et maria salōe ad sepulchr̄ cū aromatib9 que pauerāt Quidam non nisi duas venisse putant. quarū supra due tm̄ dicte sunt. cōsiderasse sepulchr̄ et reuertētes passe aromatha et dicunt ꝙ additum est hic et salome. expositio est alterius marie pri9 tacite contra quos sufficit opponere vsum ecclesie que tres representat. Etiā lucas dicit. preter mariam affuisse iohannam que tradit̄ fuisse vxor cuze procuratoris herodis. Nomine vespis vt dicit augustin9 de concordia euangelistar̄: noctem signat a parte totum et est vespere sabbati. i.

nocte sabbati. Sed ne de ipso vespere qd̄ est initium noctis i telligeres: mutauit gen⁹ ergo et ait. que referens ad sensum non ad nomē. que. s. nox lucessit ī prima sabbati. i. terminat̄ in luce prime sabbati. hoc est cuius finis est diluculum prime sabbati. i. dn̄ice. N. d. Nocte sabbati venerunt. nō tamē qualibet noctis parte: sed diluculo. Inci. Crisostomus dicit matrem filiorum zebedei vocatam salome quasi binomiam.

De alio ordine dierum.

IN hac nocte terminatus est ordo dierum naturalis qui erat vt dies p̄cederet noctē. deīceps fecit creator tēpum vt nox p̄cedat diem. et hec nox cōmunis fuit et sabbato et dn̄ice diei. et ita per synedochem dicitur dn̄s fuisse in corde terre tribus dieb⁹ et trib⁹ noctibus. accipiēdo per extremā partem pasceues totum diem cum nocte sua. et sabbatū totū et p noctem dn̄ice diei ip̄am dn̄icā. Tamen augustin⁹ videt̄ velle hanc mutationē factā in pasceue vt nox. v. ferie fuerit pasceues et orto iam sole. i. cum celum ab origentis ptibus iam albesceret. dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti. Et respicientes viderunt reuolutum lapidem. et angelum sedentem sup eum. Jam enī terre motus factus erat dn̄o resurgente. et clauso sepulchro egressus erat ihesus. Cuidam enim monacho sancti laurētij rome extra muros anno ab incarnatione domini. M. c. xi. mirāti de cingulo suo quo cinctus erat insoluto et proiecto ante eū. vox ī aere facta est. Sic potuit clauso cristus prodire sepulchro. Angelus autem post tulerat lapidem vt egressum iam factū indicaret. Pre timore autem exterriti custodes: iacebāt velud mortui.

De hora resurrectionis

De hora quidem resurrectionis solet queri. de qua varie loquūtur auctores. Jheronimꝰ in libro. xij. questionū. Vespere sabbati ait matheus. marcus vero: et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentū huius questionis duplex est solutio. Aut enim nō recipimus hic marcū omnibus grecie libris pene hoc capitulū in fine non habentibꝰ. aut vterqꝫ verū dicit. Matheus qñ dñs surrexit. i. vespere sabbati. Marcus quando vidit eum maria magdalena .i. mane ambrosius in fine expositionis luce. Non vespascente die: sed noctis vespe dñs surrexit. Deniqꝫ grecus sermo pro vespe habet sero. Sic ergo dñs non vasptino tempore diei sed sero. i. profundo nocte surrexit. Unde et mulieres ad monumentū potuerunt accedere custodibus quiescentibus. Et principes sacerdotū dixerunt: quia discipuli eius nocte venerunt. Ut autem scias nocte factum. mulierꝫ alie sciunt alie nesciunt. sciunt que noctibus obseruant. nesciunt que recesserunt. Una maria magdalena scōm iohannem: nescit. Altera maria magdalena scōm matheū scit. Nam eadem antea scire et postea nescire non potuit. Deniqꝫ alterā esse cognosco. Altera. i. alterata qz aliter esset error duas ponere marias magdalenas. Illa admittit tenere pedes dñi. ista prohibet: Illa angelum videre meruit. Hec prima cum venit neminē vidit Illa discipulis dñm resurrexisse nunciauit. illa dñm raptum esse credidit hec plorat. illa gaudet. Illi xpistꝰ occurrit: hec querit mortuum. Augustinus vt supra diximus. dicit eum di luculo resurrexisse. cui cōsentit auctoritas illa que dicit dominum. xl. horis fuisse mortuum. et totidem diebus ante ascensionē post moratum ī terra. quia quatuor horis vesptinis

paraſceues. et. xxxvi. duarum noctium et vnus diei. Eccleſia q̄z aſſentire videt. qui matutinas laudes pro domini reſurrectione celebrat. Pro predicta vero ſententia ambroſii facit. q̄ ſampſon in typo reſurrexit. media nocte ſurgens tulit portas gaze. Sic ergo anima criſti redijt ab iferis et reddita ē corpi facto ipaſſibili. Vtr aūt aīa x̄pi tūc facta ē ipaſſibilis cū egreſſa eſt a corpore. an tunc dēmū cum reddita eſt corpi ne ſine corpe glorificaret nō memini me legiſſe. Si de ſanctis quos eduxit de inferno queritur vbi fuerint poſt reſurrectionem. deus nouit. vel ſicut dicitur de dño fuerunt in extremis maris. i. ſuper ampliſſimos fines orbis. De diuerſitate aduentus mulierū ad monumentum qui videtur eſſe in euāgeliſtis. vñ et porphirius irridet eos. et de apparitionib⁹ et numero angelorum gloſa. auguſtinus ſuper matheum plene diffinit. Hoc dixiſſe ſufficiat. quia decem apparitiones criſti poſt reſurrectionem leguntur in euangelijs quinq̄ ipa die reſurrectionis et. v. poſtea. In apoſtolo legit̄ q̄ viſus ē iacobo et quīgentis fratribus ſimul. ſed nec tempus nec modum determinat. Quidam dicūt q̄ iacobus mortuo domino vouit ſe non comeſturum: donec criſtus reſurgeret. et ideo dicūt. q̄ eadem die reſurrectionis appuit illi. Fuerunt etiam qui dicerent ioſeph eadem veſpa qua ſepeliuit dñm a iudeis incarceratū et nychodemū latuiſſe. et deinde factū diſcipulū. et ideo ante alios ſtatim apparuit ioſeph in carcere ad cōſolandum. Incidens. Forte pro prima ſententia iheronimi .ſ. facit q̄ apoſtoli tradiderūt populū ea nocte nō dimitti ab eccleſia vſq̄ad profundam noctem. Inci. Dicitur q̄ dñs eleuauit quatuor āgulos carceris aut fūdamento. et trāſiuit ioſeph ſed non eſt auctenticū.

Qđ angeli dixerunt mulieribus.

Et factum est dum mente consternate essent mulieres: de hoc qđ viderāt. ecce duo viri. i. angeli in corporib9 humanis steterunt secus illas. Cūqz declinarēt vult9 in terra dixerunt angeli ad illas. Quid queritis uiuentem cum mortuis. i. in sepulchro. qui locus est mortuoz. Non est hic. surrexit sicut dixit vobis dū esset in galilea. Nota qz in quibus dā ecclesiis in huius rei forma pueri gerentes spēm mulieꝝ singulis dieb9 post euangeliū inclinatis vultibus ad altare manēt stātes. maiores vero clerici sedent ī designatione apostoloz. qui de morte dñi tristes in conclaui residebant. Nota qz sancte mulieres non corruerunt. sed inclinauerunt: vultū. et ideo mos ecclesiastic9 est. vt exemplo eaz. et in memoriā dominice resurrectionis. et ī spem vite nostre omnib9 diebꝫ dñicis. maxime a pascha vsqz ad penthecosten non flectim9 genua orantes. Et addiderunt. Ite dicite discipulis ei9 quia surrexit dñs. et ecce precedet vos in galileam. Et recordate verboz dñi ibant.

De cursu iohannis et petri.

Qvcurrit etiam maria magdalena et venit ad petz et iohānem et ait. Tulerunt dñm meum de monumento: et nescio vbi posuerunt eum. Hoc autem agebat in ea vis amoris: vel consternatio mentis. vt non inuentum crederet nisi sublatum. Cucurrerunt ergo illi duo ad monumentū. et non inuento corpore. cum vidissent sudarium capitis. et lintheamina seorsum posita: credidērunt vez esse. qđ mulier dixerat. et redierunt ad se ipsos. i. ad hospicia sua.

Qđ marie magdalene apparuit dñs.

Maria aūt mágdalena. que cum eis redierat remāſit ad monumentū foris plorans. Cūq; introſpexiſſet. vidit p̄fatos āgelos ſedentes: iuxta loculū corpis vnū ad pedes. et vnū ad caput. Qui dicūt illi. ℣Mulier quid ploras? Que ait Quia tulerunt dn̄m meum. et neſcio vbi poſuerunt eum. Et cōuerſa vidit iheſū ſtantē. et neſciebat q̄ iheſ9 eſſet. Dicit ei iheſus. ℣Mulier quid ploras? quē queris. ℣Illa exiſtimans ortulanum eum eſſe: ait. D̄ne: ſi tu ſuſtuliſti eum. dic michi. vbi poſuiſti eum. et ego eum tollam. Dicit ei iheſus. ℣Maria. Et ſtatī cognouit eum. Et ait raboni. q̄ ē idem q̄ rabi. Et procidens voluit tāgere pedes ei9 vt conſueuerat. Et ait iheſus ℣Noli me tangere. ℣Nondum enī aſcendi ad patrem meum. ſupple ī corde tuo. Q.d. Quem enī mortuum queris: uiuentē tangere non mereris. Quē. ſ. putas cadauer ſublatū: non filium equalē p̄ri. Sed vade et dic fratrib9 meis. Aſcendo ad p̄rem meum. et patrē v̄m: et ad deum meum. et deū veſtrū. hoc ē in proximo eſt: vt videant me aſcendentem.

De mendatio cuſtodum.

Dum autē hoc fierent: cuſtodes redierunt nunciantes p̄ncipib9 ſacerdotū que facta fuerāt. At illi pecunia copioſa corrupti: dixerūt. ℣Nobis dormientib9 furati ſunt. diſcipuli ſui: corpus iheſu. Et manſit hoc verbū apud iudeos: vſq; in hodiernum diem.

Q̄ apparuit mulierib9 in via.

Venit aūt maria magdalena iam credens. et inuentis alīs. que cū illa p̄z9 fuerāt: ibāt ſimul ad diſcipulos iā certe de reſurrectiōe. Et occurrit eis iheſus dicēs. Auete.

Ille aūt accesserūt et tenuerūt pedes eius adorantes. Dicit eis ihesus. Ite nunciate fratribꝰ meis: vt eant in galileā. ibi me videbūt. Hanc visionē sui in galilea ꝑ ceteris dñs memorat. quia in ea credimꝰ oēs discipulos affuisse. et exprobrādo quibusdā duriciā cordis eoꝝ eos plenius certificasse. Abierūt aūt mulieres et nunciauerunt oīa. xi. lugentibꝰ. et hīs qui cū eis erāt. et visa sunt āte eos sicut deliramentū verba hec. petrꝰ aūt surgens cucurrit ad monumētū: vt lucas dicit. et tunc veri simile ē qō dñs apparuit ei ī via. et si nō legat in euāgelio.

De duobꝰ euntibꝰ in emaus.

Eadem die visus est duobꝰ discipulis euntibꝰ ī emaus quoꝝ vnꝰ dicebat cleophas tacito noīe alteriꝰ putat lucas se innuisse more scriptoꝝ sacre scripture. sed ābrosiꝰ. ī luca dicit illum vocatū amaon. Post vastationē iudee sub marcho aurelio restaurata est emaus. et dicta est nicopolis. hec erat a iherusalem in spacio .lx. stadioꝝ. Tradunt greci scriptores herculem gygantē vno anhelitu. c. xxv. passus cucurrisse. et stetisse et a scando spacium huiꝰ vocatū stadium Cumqꝫ octo stadia faciunt vnum miliare in summa: lx stadia faciunt. vij. milia passuū. et quingētos. i. vij miliaria. et. iiij stadia. i. leucas tres et tres ptes quarte. Ibat aūt ihesus cū illis. et oculi eoꝝ tenebant ne eum agnoscerent. Alibi legit quia apparuit eis in alia effigie. ergo aliquid etiā erat ī oculis eoꝝ ne eum agnoscerēt. Potuit esse quidem. mutatio eiusdem corpis mortalis. in īmortalenō potuit fieri sine quadā alteratione pro qua subito visus non agnosceret. vt si quis quem videret pueꝝ. si paulo post occurrentē sibi iuuenē videret: non moꝝ eū agnosceret. Et cū cognouissent eū ī fractioē

panis: et euanuisset ab eis. ab eadem hora regressi sunt ī ihe-
rusalē. et īuenerunt congregatos. xi. et eos qui cum eis erāt
dicentes: quia surrexit dns. et apparuit symoni. Et illi narra
bant que gesta erāt in via. et quō cognouerant eū in fractiōe
panis. Fregit et porrigebat illis ideo tres fiunt ptes hostie
vna: quasi est deum. due porrigunt. vna sacerdoti. altera mi-
nistro. vel reseruat infirmo.

Qō ihesus apparuit eis absente thoma.

QVidā tn ex eis nō crediderūt. ex quib9 vn9 erat thoās
Quo egresso cum adhuc alij colloquerent de hijs que
audierāt. et sero iā esset. et fores essent clause propter metū
iudeor. stetit ihesus in medio eorum. Et ait. Pax vobis.
Ego sum nolite timere. Ipsi aūt conturbati: putabāt se spm
vidēre. Nōdū enī credebāt vel tercia die potuisse veā carnē
resurgere vel suscitā clausis ianuis posse ītrare. Et ait eis:
Videte manus meas et pedes meos. Palpate et videte quia
sps carnē et ossa nō habet sicut me videtis hre. Et ondit eis
cicatrices manuū et pedum et lateris. Trib9 de causis pcipue
reseruauit dns cicatrices in corpe licet īcorruptibili ad cor
roborandā fidem apostoloy. quia surrexerat. et vt semp rep-
sentet pri quale genus mortis tulit pro nobis. qō est quidā
mod9 iutercedendi pro nobis. te vt ī iudicio videant pfidi
ī quē pupugerunt. et ostendat omni carni signa victorie sue
Verbi causa. Miles qui fortiter egit et multis vulneribus
pfossus est: ait illi medic9. Vis sanari sine omni cicatrice. vel
cū cicatricib9 sine omni deformitate: puto qp in signū glorie
sue. et pro exemplo alios animandi ad idem reseruaret cica-
trices. Et nota quia duo mira scōm humanā rationem. et sibi
contraria. dns eis ondit corp9. s. incorruptibile et palpabile

Nam palpari nō pōt qđ non corrūpit. et corrūpi necesse est qđ palpat. Dicit tn̄ beda quia corp⁹ dn̄i et subtile erat per effectum spiritualis potētie. et palpabile ꝑ veritatem nature .i. palpabile ostensum. vt veritatē carnis probaret. Vel potest dici. Corp⁹ dn̄i vere visibile et palpabile alijs incorruptibilib⁹. A corruptibilib⁹ vero videri et palpari non potest nisi miraculose. ¶ Inci. Inde est ꝙ īmittēda ꝑte hostie in calicem vbi signat resurrectio subdit. Pax dn̄i sit semꝑ vobiscum. Et ep̄s cū primo conuertit se ad populum. in missa dicit pax vobis. Osculum longe introductum est pro causa supradicta.

Qđ post comestionem dedit sp̄m sanctum.

Adhuc illis non credentibus: ait illis. Habetis hic aliquid qđ manducet? Et obtulerūt ei partem piscis assi. et fauū mellis. et manducans: reliquias dedit illis. Sed sciēdum est cibos a dn̄o sumptos: post resurrectionē absumptos sicut aqua missa in igne absumit. Ante mortem vero sumptos in alimoniam. Aliter enim absorbet aquā terra siciens: aliter radius solis candens. Et ait illis. Hec sunt verba que locutus sum. cum essem vobiscum. i. similis vobis passibilis. Tunc appuit eis sensum. vt ītelligerent scripturas. Et dixit eis. Vos eritis michi testes hoꝝ in omnes gentes incipiētes a ihr̄lm. Gauisi sunt ergo discipuli: viso domino. i. agnito. Dixit ergo eis iteꝝ pax vobis. supple sit. vel est. Nunc cum vicarius xp̄i pontifex. s. dicit populo. pax vobis tm̄ subintelligit sit. Qui vt on̄dat se cristi vicariū. quādoqꝫ dicit pax vobis. tūc. s. cū primo vertit ad populū ī missa quia hec fuit prima vox cristi ad discipulos: post resurrectionem. Instar vero aliorum sacerdotum: dicit postea dominus vobiscum. vt

se vnum ostendat ex nobis. Hec cum dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. et quorum retinueritis. retenta sunt. Huic sententie quidam adherent dicentes. neminem posse soluere vel ligare: nisi habeat spm̄ sanctum. quo auctore hoc faciat. Sed attendere debent. quia etiam ante resurrectionē dedit eis ihesus eandem potestatem sine īsufflatione. nec tñ legit̄ ibi eis dedisse spm̄ que duo predixit moyses. ibi suxerūt mel de petra. i. potentiam ligandi et soluendi. et miraculorū a cristo immunia peccato. quamuis mortali. et postea oleum de saxo durissimuo. i. eandem potētiam cum spiritu sancto de cristo impassibili. Incidens. Inde est qđ audita prenunciatione euangelij: vertimur ad origētem quasi ad iherusalē gr̄as agentes quia inde venit ad nos euangelium. quia de syon exiuit lex et verbū dñi de iherusalem. Inci. Nota qp lapis dicit̄ petra ante politionē. saxum post politionem. per petrā intelligit̄ cristus mortalis et passibilis. per saxum cristus immortalis et īpassib ilis.

Qđ apparuit thome.

Dmq̄ euanuisset ab eis redijt thomas. Dixerūtq̄ alij ad eum. Vidimꝰ dñm. Qui dixit se non creditur um: nisi videret et tangeret cicatrices vulnez. Post dies autem octo cū essent discipuli ītus et thomas cum eis. stetit ihesus in medio ianuis clausis. et ait thome. Infer digitum tuum huc. et vide manus et latus. et noli esse incredulꝰ sed fidelis Respondit thomas. Dominꝰ meus et deus meus. s. tu es. Et ait ihesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui me non vidēbunt et tñ credent. Quidam dicunt thomā tantum

vidisse. nec ausum tangere. quia crist⁹ tm̄ dixit quia vidisti. sed q2 visus p2o quolibet sensu poni solet: potest dici vidisti .i. tetigisti. p̄sertim quia dn̄s dixerat. infer digitum tuū huc et vide. Hec et alia signa fecit ihesus ad robur fidei nostre. et multa que non leguntur in euangelio.

De apparitione ad mare tyberiadis.

POst hec autem manifestauit se ihesus: ad mare tyberiadis. Piscabāt. vij. discipuli nocte quadā vt haberēt cibos et cum nichil p2endidissent: mane stetit ihesus in littoze. Cumq; ad p̄ceptum eius in dexteram nauigij rethe misissent: impleuerunt illud centum. l. tribus magnis piscibus Et ait iohannes dn̄s est. Tunc petrus misit se in mare. Alij nauigio venerunt et inuenerunt. p2unas in littoze. et piscē superpositum et panem iuxta positum. et assantes simul de piscibus quos p2endiderant: manducauerant cum ihesu scientes quia dn̄s est. Et hec fuit tercie diei manifestatio. sed p⁹ quot dies ab octauo die resurrectionis: non est determinatū Tunc dixit ihesus petro. Symon iohannis diligis me plus hijs? Interrogabat dn̄s q̄ sciebat. sed innuit vt coze creda mus: et oze confiteamur. Et ait petrus. Etiam dn̄e. tu scis quia amo te. Non est sic distinguendum. vt scilicet dixisset se diligere plus alijs. hoc enim nesciebat sed habundat etiā ydiomate hebzeo. Tacens ergo q̄ ignorabat: respondit q̄ sciebat. Vel ita. Domine amo te. Q. d. Te etiam ipsum testē inuoco. q2 amo te. Dicit ei ihesus. Pasce agnos meos. Q. d. Exhibitio operis: sit probatio dilectionis. Cumq; quesisset idipsum secundo et idem respondisset petr⁹: itezum subdidit Pasce agnos meos. Post terciā vero responsionē. subdidit

pasce oues meas. Quasi diceret. Pasce docendo. pasce opādo pasce moriendo. Tunc dixit ei ihesus. Cum senueris: extēdes manus tuas. et alius te cinget. et ducet te quo tu non vis. significans quia crucifigeretur. nolens scām sensum carnis. Et addidit Sequere me. i. sequeris me in genere mortis.

De morte iohannis.

TUnc cepit ihesus abire. et petrus cepit eum sequi puans a domino hoc sibi mandatum. Sequebatur etiā eum iohannes. Conuersusq; petrus vidit illum sequentem. et ait ad ihesum. Dñe hic aliquid: supple pacieť. Postq; aūt audierat se crucifigendum: voluit etiam fratris sui exitum cognoscere. Respondit ihesus. Sic eum volo manere. donec veniam. Putauerunt ergo discipuli iohānem viuere donec cristus veniret ad iudicium. sed non erat magnum dare dicto nō mori: cū melius sit dissolui et esse cum cristo. Dixit ergo dominus. q; in pace senium finiret. Tamen fuerunt qui deberent eum adhuc viuere. quia cum īdefossum sibi tumulū post celebratam missam descendisset lux magna per aliquot horas fulsit. et circumstantes qui aderant ceciderunt. Cumq; post lucem surgentes accessissent ad tumulū eius: vacuum inuenerunt terra tamen leuis scaturiebat infundo sicut in fontibus solet arena bullire et adhuc eadem scaturigo videtur. Unde multi putauerunt eū viuere sub terra. et anhelitu eiꝰ scaturiginem fieri. Alij iam translatum ad celum putant. De huius vero melius ē dubitare pie: q; temere iudicare.

De apparitione in galilea.

Undecim autem discipuli abierunt in galileam ad mon
tem vbi constituerat illis ihesus.et videntes eum ado
rauerunt. quidam aūt dubitauerunt.Et exprobrauit ihesus
durticiam cordis eor .et ait. Data est michi omnis potestas
in celo et in terra.i.nunc apparet omnipotentia mea.vel vt
dixerā vobis. in viam gentium ne abieritis. sed quia iudei
abiecerunt me. quasi dederūt michi potestatē mittēdi vbiq;
terrarum sub celo.vnde et subdidit. Ite ī orbem vniuersum
et predicate euangelium omni creature.i.hoī pro quo facta
est oīs creatura.vel qui habet pticipium cum omni creatura
Vnde et homo microcosmus dicitur.i.minor mundī.Et ad-
didit.Docete omnes gentes.i.omnia genera gentiū seruare
que dixi vobis et baptizate eos ī nomine patris et filij et
spiritus sancti. In inchoatione opm nrōr eādem proponim9
formam verborr.si īuocando orātes.vt ad honorē trinitatis
fiat opus qd inchoamus et vt trinitas cooperet nobis. In
baptismo aūt dicit affirmando.et est.Baptizo te.in nomine
pr̄is ⁊c.i.misterium baptismi ago.sed auctoritas penes tri-
nitatem est.Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit.
Qui vero non crediderit: condēpnabit. Non ait. Qui non
baptizatus fuerit. Sine baptismo enim saluat homo. cū eū
excludit articulus necessitatis. nō contemptī religionis.vñ
qđ dictū est. Nisi quis renatī fuerit ⁊c.sic intelligit. Qui cō
tempserit renasci. Et ordini verborr dñi adherent heretici
huiī tēpis dicētes.nō oportere baptizari nisi credentē.et iō
nō recipiūt baptismū puuorr.sed nō itelligunt tēpī quo hoc
dictum est.Primo enī qr predicabat adultis baptizādi erāt
tunc adulti quorr fides exigit in baptismo.postea puuli eor
ergo pro adultis potest intelligi esse dictum.vel si pro ōnibī
sic expone.Qui crediderit et baptizatī fuerit.hoc est qui in

fide baptizabit. Oportet enī baptizandū vel p se vel p aliū credere. Signa aūt eos qui crediderint. hec sequent. In noīe meo demonia eicient linguis loquent nouis. serpentes tollēt Et hoc q̄ p̄ro tempe dictum est. tunc enim signa fiebant p̄ro īfidelib⁹ conuertendis. Quia ergo signa non sunt necessaria nec mō fiunt. sicut passim tunc fiebant. Nos enī cū arbusta plantam⁹ tam diu aquā īfundim⁹ quousq̄ ī terra cōualescāt.

De ascensione dñi.

Die aūt ascensionis venit ad eos ī ihrlm: et ait. Sedete in ciuitate: quoadusq̄ īduamini virtute ex alto. Cūq̄ comedisset cū eis. vñ intelligit sextā horā trāsisse eduxit eos foras ī mōtē oliueti versus bethaniā. Et eleuatis manib⁹ bñ dixit eis. et videntib⁹ illis eleuat⁹ ē in celū et nubes lucida baiulabat eū mīsterio āgelor. Cūq̄ iā subtract⁹ eet ab oculis discipulor. tn adhuc ituebāt ī celū. pterea duo āgeli ī forma viror steterūt iuxta illos et dixerūt. Viri galilei quid statis aspicientes in celū. q. d. Recedite nec exspectetis ihm vt mō rede at. tn in fine tpū sic veniet quēadmod⁹ vidistis eū euntē in celū. baiulis. s. nubib⁹ descēdet ī aera. Illi aūt regressi sunt in ihrlm et exspectabāt p̄romissū spm scm quo accepto tpib⁹ suis profecti p̄dicauerūt vbiq̄ dño coopāte et sermonē cōfirmāte sequentib⁹ signis. Et nota dām trāslat⁹ ē enoch. subuect⁹ ē helyas ascēdit ihes⁹ p̄propria. s. virtute. Hāc vltimā processionē p⁹ ihm repntat eccia dñicis dieb⁹ egrediēdo de eccia et redēūdo ad eā. q. de ihrlm exiēs et rediēs ī ihrlm. et sequēdo crucē vt illi crucifixū. Et licz illi redierūt sn ihū: tn nos redim⁹ cū cruce. qz ipse dixit. vobiscū sū. vsq̄ ad cōsūmatōz seculi. Et nota q̄ pmitia eccia obseruauit diē dñicā vt et mō et etiā. v. feriā in memoriā ascēsionis. Et tūc. v. feria fiebat p̄rocessio sed multiplicatis solēpnitatib⁹ scōr. sublata ē solēpnitas. v. ferie. et p̄rocessio trāslata ē ad dñicā diem.

Quotiens apparuit dominus discipulis infra. xl. dies.

In no nono decimo imperij tyberij cesaris. adhuc procuratore iudee pilato pfide syrie vitellio: mortuus est dominus et resurrexit. Resurgēs autem veritatem resurrectionis multis approbauit argumentis. multa in corpore propio ostendens: preter naturā corporis immortalis. vt sic veritatem resurrectionis astrueret. et ab apostolis et eoz posteris omnē omnino causam hesitationis ammoueret. Comedit enim et bibit cum eis. cum spiritale corpus ciborum alimonia non indigeret. In corpore propio cicatrices ostendit. cum a natura corporis immortalis penitus aliena sit omnis deformitas cicatricis. preter hec argumenta lucas scribens hystoriam actuum apostolorum: ponit alia. fuit enim argumentum vere resurrectionis qz per dies. xl. apparuit eis loquens de regno dei. Non est autem intelligendum qz singulorum. xl. dierum apparuit eis. vt ex euangelica hystoria colligitur. Ipsa nāqz die resurrectionis quinquies apparuisse legitur. Primo: marie magdalene. Secundo: mulieribus redeuntibus de monumento: quando tenuerunt pedes eius et adorauerunt eum. Tercio: petro. licet non expresse habeatur de euangelio. Quarto: duobus euntibus in emaus. Quinto: apparuit. x. apostolis absente thoma. Sexto: post dies. vij. apparuit eisdem psente thoma Septimo: apparuit discipulis in piscatione ad mare tyberiadis. Octauo: in monte thabor quando conuenerant in galileam. et ita ante diem ascensionis apparuit octies. Ipsa vero die ascensionis: bis apparuit. semel. xi. apostolis comedentibus in cenaculo. Omnes quidem tam apostoli qz alij discipuli necnō et mulieres habitabāt i illa parte iherusalē

que dicebatur mello. ſ. in monte ſyon. vbi dauid cõſtruxerat ſibi palacium. et ibi erat cenaculũ illud grande ſtratũ. in quo p̃cepit ſibi dominus parari paſcha. et in cenaculo illo tunc habitabant. xi. apoſtoli. Ceteri autem diſcipuli et mulieres habitabant circũquaq; per diuerſa hoſpitia.

Nõ apoſtoli fuerunt baptizati.

ET dũ comedẽret. xi. in cenaculo: apparuit eis dominus et exp̃obauit incredulitatẽ coꝝ et duriciam coꝛdis. et comedit cum eis. Et cõueſcẽs p̃cepit eis ab iheroſolimis ne deſcenderent. ſed exp̃. p̃o. patris. i. ab ipſo p̃omiſſam. vel a patre per ipſum. et patris autoꝛitatem cõplendam dicens. Johannes baptizauit aqua. vos autẽ baptizabimini ſpiritu ſancto. nõ poſt multos hos dies. ac ſi diceret. Spũs ſanctus ſuper vos deſcẽdẽs vos purificabit et roboꝛabit. De baptiſmo apoſtoloꝝ ſolet dubitari. ſed ſuper hunc locũ oſtendit beda et auguſtinus q̃ fuerunt baptizati. Ait enĩ beda. baptiſma enĩ domini q̃ ẽ in ſpiritu ſancto. nõ ad illud tẽp̃us reſpicit. quo apoſtoli et ceteri fideles illius tempoꝛis baptizati ſunt aqua ĩ remiſſione peccatoꝝ gracia ſpiritus ſancti a domino percepta. ſed ad illud quo domino mittente ſpiritũ plenius acceperunt. Idem nondũ fuerant baptizati. non dico aqua: ſed ſpiritu ſancto. quos intelligimus baptizatos ĩ baptiſmo iohannis. vel q̃ credibilius eſt baptiſmo xp̃i. Cõueniens. n. erat eos eẽ baptizatos: qui baptizabãt alios. De eodẽ aug. Scriptum eſt quoniã baptizatus eſt paulus qui ab anania baptizatus eſt. ſed ſcriptũ non eſt. quando baptizati fuerũt alĩ apoſtoli. ſed debemus ĩtelligere baptizatos eſſe p̃opter illam dominicã ſententiã. niſi quis renatus fuerit ex aqua et

ſpiritu ſancto nō poteſt introire regnū dei. Sic aperte voluit beda et aug. qꝫ baptiſati fuerūt baptiſmo xp̄i. et de quibuſdā ſatis videtur qꝫ de baptiſmo iohannis fuerunt baptizati. vt de andrea philippo et petro. de quibus conſtat qꝫ fuerūt eius diſcipuli. Hoc dicto p̄cepit eis vt egrederentur de ciuitate et ſtatim euanuit ab oculis eoꝝum.

Qō reſpondit indiſcrete querentibus.

Ecce nona apparitio. et ſtatim poſt comeſtionem .xi. apoſtoli et alij diſcipuli et mulieres de ciuitate vnanimiter egreſſi iuxta domini p̄ceptum venerunt in montem oliueti. et ſtatim dominus apparuit eis. Quomodo aūt p̄ceperat eis vt egrederentur de ciuitate. et euanuit ab oculis eoꝝ. et quomodo egreſſi de ciuitate venerūt in montē oliueti et ibi dominus apparuit eis. in hyſtoria ſubticetur quia b̄re uis eſt. Tunc qui cōuenerant ceperūt eū interrogare dicētes. Domine. ſi in tempoꝛe hoc reſtitues regnum iſrael. tēporale quātum ad quoſdam imperitos. et carnaliter ſapientes. qui videntes alienigenā regnare. et iudeos eſſe ſub p̄ſide. querebant de reſurrectione regni iſrael tempoꝛalis. putantes tūc a domino reſtituendō. ſicut et duo diſcipuli dicentes. nos ſperabamus quoniam ipſe eſſet redempturus iſrael. Alij magis inſtructi ſcientes reſtitutionē illam. non niſi finaliter futurā .ſ. circa tēpoꝛa iudicij querebant de reſtitutione regni iſrael ſp̄alis. ſ. de dilatione eccleſie ac ſi dicerent. Numquid in hoc tempoꝛe facies qꝫ p̄miſiſti eccleſie. Dominus autem ſuper hoc non certificauit eos. ex quodā tamē in reſpōſione eius poſito ſi ſcioli eſſent: poſſunt intelligere reſtitutionem illam multis tēpoꝛibus differendam. Non eſt inquid ueſtrū noſſe

tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. i. numerū temporū et momentorū vsq; ad finē seculi. que tantū patent patris scientie. ac si diceret. nil ad vos querere de secretis huiusmōi. nec ad ea percipiēda estis ꝑdonei. sed de hīs que ad uos spectāt estote solliciti. quia vos reuera accipietis virtutē spiritus sancti in vos superuenientis. cuius virtute roborati eritis michi testes resurrectionis mee. primo in iherusalem. secundo in iudea. postea in samaria. tandem vsq; ad vltimū terre. Ac si tacite diceret. āte regni illius restitutionē non solum iherosolimam: sed omnes iudee fines et samarie. mundi etiā terminos per circuitū fama euangelij percurret.

De ortu et processu predicationis.

PRimo siquidem predicatū est euangeliū in iherusalem sed propter lapidationem stephani. et mortem iacobi gladio occisi: egressi sunt de iherusalem predicantes in finibz iudee: postea transierunt ad samaritanos. et inde processerūt per vniuersum orbem. Et cum hoc dixisset scōm alium euāgelistā eleuatis manibus benedixit eis. et post benedictionē videntibus illis eleuatus ē. Et nu. s. e. ab. o. eor. quia quasi quodam in globo baiule nubis ascendit. Non tamen ꝙ ad ascendendū egeret mīsterio nubis: sed vt per hoc ostēderetur quia omnis creatura parata est obsequi suo creatori.

Quid fecerint abeunte domino.

DE loco ascensionis dicit sulpitius ep̄s iherosolimitanus. quia cum ibi postea edificata esset ecclesia: locus ille in quo īstituerunt vestigia x̄pi ascēdentis. numq̄ potuit

sterni pauimento. imo resiliebāt marmora in ora collocantiū calcati etiā a domino pulueris hoc dicit eē documētū. q̄ vestigia impressa cernuntur et eandē adhuc speciē velut pressis vestigijs terra custodit. Cum iam dominus raptus eēt a cōspectu eorum: adhuc tamen suspensis vultibus aspicientes in celum cum potius reuerti in iherusalem debuissent. quia dictū erat eis sedete ī ciuitate quoad vsq; induamini virtute ex alto. et ne diucius ibi morarentur: missi sunt angeli instruentes eos. vnde sequitur. Cūq; intuerentur in celū euntē illum. illo abeunte vt ponatur actūs pro ablatiuo absolute pro quo ponitur genitiuus in greco. vel cū prius intuerētur euntē illū et adhuc intuerentur in celū. Ecce duo viri. i. duo angeli in forma virili astiterūt iuxta illos ī vestibus albis qui et dixerunt.

Quibus ex causis angeli apparuerunt.

Viri galilei quid statis aspicientes ī celum? quasi obliti quid facere debeatis. hic ihesus qui assumptus est a vobis. i. in eadē carnis substantia in qua assumptus a vobis in celum sic veniet quēadmod̄ vidistis eum euntē in celū. i. sicut baiulis nubibus vidistis eum in celum ascendentem. sic baiulis nubibus videbitis in aere ad iudicium venientem. Duplici de causa hij duo angeli apparuerunt. scz vt mestos de absentia domini confortarent. et vt dominū vere ascendisse in celum demonstrarēt. s. in regione angelorꝝ. nō sicut helyas qui raptus est curru igneo ascendit vsq; ad sublimarem regionē. nec eam transcendit. sed tamen translatus est in paradisum terrestrē. quia adeo eminet vt pertingat ad sublimarē regionem. nec eam trāscendit. Tunc reuersi sunt iherosolimā a monte qui vocatur oliueti. propter copiā oliuarū sabbati

habens iter. i. itinere sabbati distās a iherusalē. s. spatio mili arij quia nō āpliori spatio ī sabbato licebat iudeis progredi de ciuitate vel villa in qua erāt. sed per mille passus poterāt circa deambulare. vetus editio habet a monte trium luminū sic aūt dictus ē mōs oliueti. quia de nocte ex parte occidētis illuminabatur igne templi. quia erat ignis iugis in altari. mane a parte oriētis. primos excipiebat radios solis anteq̄ illustrarent ciuitatē. hēbat etiā copiā olei q̄ ē fomentū luīs.

In quo imitamur apostolos.

Cum regressi essent in iherusalem ōmnes vnanimiter apostolos vsq̄ ad eoꝝ hospitium conduxerūt. deinde ad propria redierunt. Hanc processionem discipulorum qui vnanimiter de ciuitate sunt egressi. et postea vnanimiter regressi representat ecclesia in singulis dominicis diebus processionē faciēs. vnde sicut ipsi sunt egressi p̄cedente crucifixo ita et nos de ecclesia egredimur crucē preferendo. et licet nō redierit cum eis crucifixus. nos tamē redeūtes crucē reportamus. quia licet non redierit cum eis presentia corporali redijt tamen presentia spiritali. iuxta q̄ ait. vobiscum sum vsq̄ ad consummationē seculi. In eo ergo q̄ egredimur crucē domini preferendo representamus. q̄ illi egressi sunt p̄eunte crucifixo. In eo q̄ crucē domini reportamus cū non redierit cum eis p̄sentia corporalis representamus q̄ ait. vobiscum sum vsq̄ ad cōsummationē seculi. In primitiua autē ecclesia huiusmōi rep̄sentatio fiebat. Quinta feria que tunc tēporis eque sollempnis erat sicut prima. Quinta: pro veneratione ascēsionis. prima: pro reuerētia resurrectiois. vnde ī vulgare prouerbiū uersum est ut dominice diei dicatur cognata dies

iouis. quia antiquitus fuit eque sollempnis. sed quia super venerunt festa sanctoꝝ. et celebrare tot festa erat quasi onerosum. vt ī dominica die fieret processio: deinceps ē institutū.

vbi et in quibus se collegerunt.

Tunc ascenderunt apostoli in cenaculo. s. vbi manebāt petrus. iacobus. et iohannes. et andreas. et alij. Et mutatur hic series catalogi. Solent enī apostoli in catalogo in hūc modū cōbinari. petrus et andreas. iacobus et iohannes. forte alij ita cōbinantur. pro carnis fraternitate. vel pro meritoꝝ paritate. quia intellexit lucas in spiritu pares esse in merito petrū et iohannē. quia forte pre ceteris discipulis dilexerunt. vnde et pre alijs simul ad monumentū cucurrerūt Et erant omnes vnanimiter perseuerantes in oratione cum mulieribus. et maria matre eius. que a mulieribus distinguitur. quia non potest proprie dici mulier quasi mollier. i. molliciem passa. interdum tamen mulier pro sexu. non pro corruptione ponitur vt ibi. Quid michi et tibi mulier. et fratribus eius ꝙ de illis debet intelligi. de quibus ante passionē dictum est. Nec enī fratres eius credebant in eum. nunc aūt credebāt. Nota quia dictū est perseuerātes in oratione. et nō additum in ieiunio. Quidam tamen a festo ascensionis vsq; ad pentecostē ieiunant exemplo apostolorū. quos aiunt in spacio illo ieiunasse. quia in euangelio dictum est. venient dies in quibus auferetur ab eis sponsus. et tunc ieiunabūt et potuit ita esse. hic tamen non habetur.

De sermone petri.

In diebus illis .i. in illo meditullio temporis inter ascē sionem. et spiritus sancti missionem. Exurgens petrus in medio fratrum dixit. Constat enim in spacio illo statutam esse mathie electionem licet non sit determinatum qua die. vnde quasi indiffinite dictū est. In diebus illis. Et inde quia ex forma scripti assumpsit ecclesia formā legendi. vnde quia in actibus apostolorꝝ frequēter inuenitur. in diebus illis ideo cū legūtur particule epistolarꝝ premittitur ī diebus illis. Et quia in euangelistis sepe legitur in illo tempore: ideo cū singulis diebus leguntur in ecclesia particule euangeliorum: premittitur in illo tempore. viri fratres oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderūt ihesum. quia duxit cohortem et ministros regis ad ortum. in quo orabat dominus. idē quia osculo dedit proditionis indicium. et ita prebuit eis ducatū. qui cōnumeratus est in nobis .i. sortitus est sortem ministerij huius .s. et apostolatus. quia quasi sorte .i. dominica electione obtinuit apostolatū. et elegāter dictū est. cōnumeratus. quia numero non merito inter apostolos cōputatus. vel respicit ad hoc qꝝ dixerat quia fuit dux eorꝝ qui cōprehenderunt ihesum. et sortitus est sortem ministerij huius .s. ducatus .i. habuit hūc ducatum. Et hic quidō possedit agrum de mercede iniquitatis. qō quidā mistice exponūt .i. pro accepto precio proditionis: possedit infernum. qui dicitur terra morientium. sicut paradisus terra viuentium. Alij dicunt iudam ibi sepultum. et ita possedisse. sed non est autenticum. Dictum est ergo possedit .i. possideri fecit. quia de possessione eius propria emptus est. et ab alijs possessus. et suspensus crepuit medius. et diffusa sunt viscera eius sed nō per os vt sic parceretur ori quo saluatorē osculatus fuerat

Non enim tam viliter debuit inquinari. q̄ tam glorioſum. ſ. os x̄pi contigerat. Dignū enī erat vt viſcera que p̄ditionē acceperāt: rupta caderēt. guttur quo vox p̄ditionis exierit laqueo artaretur. Sepe enim modum pene exprimit modus culpe. vnde abſciditur caput corporis hominis. quia ipſe abſcidit caput mētis. i. rationem. ſicut et iudas mortuus eſt in aere tamq̄ aerijs poteſtatibus ſociandus. Cōgruum enim erat vt ſepararetur ab angelor et hominū regione: qui offen ſus fuerat vtriſq; et ita modus et locus pene cōgruit culpe.

De electione mathie.

ET notum factum eſt hoc hominibus habitantibus in iheruſalem. ita vt appellaretur ager ille lingua eorū achelde mach hoc ē ager ſanguīs. Dicunt quidā hec nō fuiſſe petri verba. cū iudeus eſſet et ad iudeos loqueretur. ſed luce qui grece ſcripſit et in hebreo nomen agri expreſſit. Alij q̄ latinus interpres hoc addidit. ſed melius a petro dictū accipitur. et continuatur ei q̄ dixerat. Notum factum ē hōibus habitātibus iheruſalem ita vt appellaretur ager ille achelde mach lingua eor. i. iheroſolimitar. quia cum petrus galileus eſſet. et eadem eſſet līgua galileor et iheroſolimitar. diuerſa tamen erant lingue p̄deomata. vnde petro dictum eſt: vere ga lileus es. Nam et loquela tua te manifeſtum facit. i. p̄deoma lingue galileorum. Scriptum eſt enī in libro pſalmor: Non eſt dictū in libris. vnde īſultat aug. iheronimo. libr pſalmor per. v. volumina diſtinguendo. Tunc enim dici debuit. in quarto libro pſalmor. fiat habitatio eor deſerta. et non ſit qui inhabitet ī ea. i. deſinat et epiſcopatū eius accipiet alter .i. alius quia de multis diſcipulis. ſ. lxx. duobus electus eſt

mathias ei substitutus. vel ideo dictum ē quia mathias lōge fuit alter ab eo: quia vir sanctus: iudas vero neq̄ vel alter duorum quorū sortes misse sunt. Oportet ergo ex hīs viris qui nobiscum sunt congregati. ex illo tempore quo intrauit. et exiuit dominus ihesus incipiens a baptismate. Johannis vsq̄ in diem qua assumptus est a nobis testem resurrectiōis eius nobiscū fieri vnū ex istis. q. d. iudas quiō mortuus ē. et sic prophetatū est. quia episcopatū eius accipiet alter. Ergo oportet vt aliquē ei substituamus qui testetur nobiscū resurrectionē eius: quia dictū est nobis. Eritis michi testes resurrectiōis mee ī iherusalem. in omni iudea et samaria: et vsq̄ ad vltimū terre. Et quia testis nō nisi hīs qui vidit vel audiuit debet testimoniū ferre. Eligendus est de hīs viris qui a baptismo Johannis postq̄ cepit dominus facere et docere vsq̄ ad diem ascensionis nobiscum fuerunt. et domini miracula viderunt et doctrinā audierūt. Et nota q̄ dictum est ex hīs viris non de sexu infirmiori. et ad hoc minus ydoneo et statuerunt duos illos alīs preferentes. Joseph qui vocabatur barsabas qui cognoīabatur iustus. et mathiā de cuius laude subticetur quia sufficit ei pro laude: q̄ in apostolatum eligitur. Joseph vero commendatur. ne tamq̄ indignus respui videretur. Habemus hic plane in glosa quia iste ioseph qui vocabatur barsabas fuit barnabas qui postea cum paulo in apostolatū electus est. Sed non est huic opinioni adherendū quia ex sequentibus euidens fiet hoc non constare. Iste nāq̄ ioseph fuit frater trium apostolorū filiorum alphei nec fuit apostolus. Et orātes dixerunt. Tu domine qui corda hoīm nosti ostende quem elegeris ex hīs duobus accipere locum ministerīj huius et apostolatus de quo priuaricatus ē iudas vt abiret in locū suum. et dederunt eis sortes et cecidit sors

super mathiam. et ānumeratus est cum. xi. Non est vtendū modo sortibus. vt tradit iheroni. pro hac auctoritate. quia priuilegia paucorū non faciunt legem cōmunē. nūdum tamē missus spūs sanctus. necdū penitus figure legales cessauerāt. Ideo adhuc posite sunt sortes sicut in veteri testō sepe factū legitur. Nam saul sorte electus est. Jonatas et armiger eius sortes iecerunt. Dauid quoq; sortes iecit. quādo. xxiiij. sacerdotes summos elegit. Si quis tamen cōpellitur vti sortibus apostolorū imitetur premissa. s. oratione ad dominū. facta ē ergo electio mathie inter ascensionē. et spūs sancti missionem sed qua die incertū est.

De missione spiritus sancti.

Et cum cōplerentur dies pentecostes erāt oēs discipuli pariter in eodem loco in quo facta est electio mathie. Sed videtur perperā dictum cum cōplerentur. Cum hec fuit prima. vij. dierū quia protelabatur festum pentecostes. Tria enim erant festa que. vij. diebus protelabātur. s. pascha. pentecostes. scenophegia. videtur ergo potius dicēdum fuisse cū inciperent dies pentecostes. sed pentecostes equiuocū est ad quinquagenā. et ad eam sollēpnitatē. vij. diebus protelatā. Pentacon enim interptatur. l. inde pentecostes. quinquagīta vel quīquagenā significat. et ē grecum vocabulū pētecostes sicut parasceue et scenophegia. sed de hoc noīe pascha questio est. habent enim hebrei multa greca vocabula. quia sepe per multas perticulares captiuitates dispersi sunt. et fuerūt īter grecos a quibus multa vocabula retinuerūt. Est ergo sensus et cum complerentur dies pētecostes. i. quīquagene. Illa enī dies erat quīquagesima a resurrectione. Et cū inchoarētur dies pētecostes. i. illius sollempnitatis vij. diebus protelāde

erant discipuli oēs in cenaculo. et dū eēnt oēs pariter ī eodē loco. factus ē repēte de celo. i. de aere sonus. quia fragor quiō sonuit in aere tamq̄ aduenientis spūs. i. soni vehemētis. vt sit tāq̄ nota similitudinis. ac si diceretur. venit spūs in multitudine vehētis vēti. vel tāq̄ spūs sancti vehemētis. et ē tāq̄ expressiuū veritatis. quia iure spūs sanctus dicitur vehemēs quasi vehēs a mēte. i. a mentis affectibus alienās vel iuxta q̄ ait ille clareuallensis. merito dicitur vehemens quasi ve adimens. i. eternam dampnationem: potest ergo et ad sonum et ad spiritum sanctum referri. qō dictum est tāq̄ aduenientis spiritus. quia equiuocum est ad vtrumq̄. sicut ruth ī hebreo neuma in greco. et repleuit sonus ille. i. spiritus sanctus totā domum vbi erant sedentes. i. viros et mulieres in domo sedentes implētes qō dictū erat eis. Sedete in ciuitate. quousq̄ īduamini virtute ex alto. et apparuerūt illis dispertite līgue tamq̄ ignis. i. radioli ignei in modum linguarum insidētes capitibus singulor. Ipsa species creature ī qua spūs sanctus visibiliter descendit ad quē vsum tūc descēdit in apostolos expressit. spēs ignis ostendit spiritum sanctum tunc eis datū ad robur. Species linguarū: ad scientiam. lingua enī sciētiā explicat. ignis: testam roborat. Datus est etiā spūs sanctus apostolis ante passionem quando missi sunt ad predicandū et dictum est eis. Egros sanate. demones eicite. mortuos suscitate. post resurrectionem etiam datus est eis ad aliū vsum quādo insufflauit et dixit eis. Accipite spiritū sanctū quor remiseritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueritis retenta sūt. vbi claues quas dederat petro. dedit alīs: Et repleti sunt oēs spiritu sancto. et ceperunt loqui varīs līguis prout spūs sanctus dabat eloqui illis. Qui diuidēs singulis prout vult. vbi vult. quando vult. quantum vult. quō vult

quibus vult: spirat. Inde est q̄ apostoli vna tantū lingua. s. hebrea loquebantur. ita q̄ ab omnibus intelligebantur. vel q̄ verius est linguis oīm loquebantur. quibus īspirauerat spiritus sanctus omnium linguarum noticiam. iuxta hoc q̄ sapientia loquitur. Spiritus domini repleuit orbem terrarū et hoc q̄ continet omnia. i. conuenientiā habens cum omni creatura scientiam habet vocis. i. linguarum. Ac si diceretur spiritus domini repleuit orbem terrarum. et dedit discipulis scientiam linguarum

De miraculo linguarum.

Erant aūt in iherusalem habitātes apostoli iudei viri religiosi et in iudea bītantes et preter illos. multi alij superueniētes. fere ex oī natione: que sub celo ē. Quia multis captiuitatibus dispersi fuerant iudei. precipue: sub antiocho epiphane. que captiuitas fuit vicinior huic facto et modo ad diem festum omnes conuenerant. Auditoq̄ fragore qui insonuerat in aere. conuenerunt oēs ad discipulos. et mirati sunt quoniam audiebat vnusquisque lingua illos loquentes. Et merito dictum est singulariter lingua sua. quia nō solū sciebāt linguas sed etiā linguarū ꝑeomata. Alij autem irridebant eos dicētes. musto pleni sunt. i. vehementer ebrij quia vehementior est ebrietas de musto q̄ de vino defecato.

Conuincit petrus mentientes auctoritate prophetarum.

Tunc petrus surrexit cū. xi. ostēdens eos non esse ebrios sed spū sancto repletos dicēs. Non sunt hij ebrij cū sit hora diei tercia. Q. d. nondum est tempus commedendi. nec solēt īebriari ieiuni. et quia sciebat legem. et scientibus legē

loquebatur. ostēdit prophetatum esse a iohel spiritus sancti aduentū. Et cū non inducat prophetiā iohel nisi vt ostēdat prophetatum esse aduentum spūs sancti. s. incidenter ānectit de die iudicij. quia predixit iohel iudicij signa quedam iam repleta. quedā adhuc implenda: Erit in nouissimis diebus dicit dominus. Effundā de spiritu meo super omnē carnē. i. super vtrūq; sexū. non super oēm hominem et prophetabunt filij vestri. vt agabus et symon niger. et filie vestre. et filie philippi et iuuenes vestri visiōes videbūt. vt paulus raptus vsq; ad tercium celum et senes vestri sompnia sompniabunt vt petrus de quo legitur. Estimabat autem se visum videre hucvsq; de aduentu spiritus sancti. Sequitur

De die iudicij.

Et dabo prodigia in celo sursum. qđ impletū est. Cum ad iudicium dominice natiuitatis noua stella in aere apparuit. et in aere secūdo in passione quādo sol obscuratus est. et signa in terra deorsum. qđ impletū est cum xp̄o emittēte spiritum terra contremuit. et petre scisse sunt. et monumenta aperta sunt. sanguine dominici vulneris vel sudoris. quādo factus est sudor eius sicut gutte sanguinis. q̄p preter naturā fuit. sic et sanguis de latere domini mortui profluens preter naturam signium fuit. et ignem spiritus sancti vehementis superuenientis. et vaporem fumi. i. feruorem cōpunctionis. et spiritus sancti ardore. tam q̄p fumus de igne procedentis. Sol cōuertetur in tenebras et luna in sanguinē. In passione sol in tenebras versus est sicut tunc pleniluniū esset. vt cum luna tunc in sanguinem versa sit. hominibus īnotescere non potuit. cum esset sub terra. et visibus humanis obiectu terre

subtracta. De altero itaq; istor constat. quia iā impletū forte adhuc reliquū est implendum de luna. Et hec omnia fient anteq̄ veniat dies domini magnus. spacio: quia nox ei non succedet opere. quia ī eo totus mūdus examīabitur claritate quia sol clarebit septēpliciter.

Exponit verba dauid de xpristo.

Viri israhelite quibus spiritualiter locuti sunt prophete. Audite verba hec. i. intelligite iam completum esse qđ prophetauit iohel de spiritus sancti missione quia missus est spiritus sanctus et ab eo quem vos interemistis. qui alto consilio paterne dispēsatiōis traditus est in manus vestras quem deus suscitauit solutis doloribus inferni. vel quantum ad ipsum. quē dolores penarū īferni non leserunt. vel quātū ad alios. qui per eū ab inferni doloribus absoluti sunt. quod palā ē ex greco. vbi dicitur. Soluēs per ipm dolores mortis Qđ aūt a deo suscitatus sit. probat per prophetam dauid. et ponit plures versus psalmi. sed ad hoc probandū. sufficerat ille solus. Non derelinquas aīam meā in inferno: nec dabis sanctum tuum vidēre corruptionem. sunt autē verba xpristi ad patrē. quasi nō patieris o pater animam meam ad īferos descēdentē ibi detineri nec corpus meum sanctificatū corrūpi vel incinerari. Postea de dauid non esse hoc intelligendum ostendit. arguens iudeos dicens de dauid perperā interpretantes. viri fratres liceat nobis audacter dicere de dauid quoniā defunctus est et sepultus apud nos. et corpus eius incineratū. et adhuc cineres eius apud nos sunt. vnde patet non de se illud dixisse. Non dabis sanctū tuū uidere corruptionem. sed prophetauit de resurrectione xpristi. Qui neq; derelictus est in inferno. nec caro eius uidit corruptionē. quē

ſuſcitauit deus a mortuis cuius nos teſtes ſumus. Qui ad dexteram patris ſedens. miſit in nos ſpiritū ſanctū. qui operatur in nobis quod videtis. Quod autem exaltatus eſt ad dexteram patris. iterū probatur autoritate dauid prophete dicentis. Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis. quod de dauid vel de alio hoīe nō poteſt intelligi. Certiſſime ergo ſcitote hunc iheſum ita eſſe exaltatum et ſpiritū ſanctum miſiſſe: quē vos crucifixiſtis.

De impleta prophecia iohelis.

His auditis cōpuncti ſunt corde. et ita impleta eſt prophecia iohelis. Quia poſt ignē ſpiritus ſancti ſecutus eſt fumus cōpunctionis. Et dixerūt ad petrū et ad reliquos apoſtolos. Quid faciemus viri fratres? ad quos petrus. Penitēciā agite et baptizetur vnuſquiſq; veſtrū in noīe domini iheſu in remiſſionem peccatorū et accipietis donum ſpiritus ſancti vt loquamini variis linguis ſicut et nos. Et hoc erat ſignū familiare in primitiua eccleſia. quia fere oēs aſcēdētes de lauacro loquebantur omnibus variis linguis. Et nota quod ait petrus. Baptizetur autem vnuſquiſq; veſtrum: in nomine domini iheſu xpiſti. formam namq; talem traditam a domino qua exprimitur trinitas diu in primitiua eccleſia ſubticuerunt apoſtoli. vtētes hac forma verborum. baptizote in nomine iheſu xpiſti vt ita dilatarent nomē xpi. Aliis verbis pluribus exhortatus eſt eos petrus. et qui receperūt ſermonem eius. baptizati ſunt. et appoſite ſunt in numero fidelium: in die illa. ſ. ipſa die pētecoſtes. anime circiter tria milia. Et erant perſeuerātes in doctrina apoſtolorum. et in communione fractionis panis et eucariſtie. quia in primitia eccleſia crebro vnanimiter conueniebant ad percipiendam

eucharistiam. vel in cōmunione fractionis panis cotidiani qui singulis cotidie ab apostolis frangebatur. nisi herebant propria. sed et predia vendiderant et posuerant precia ante pedes apostolorum qui singulis diebus mane ascendebant in templum orare. Postea redeuntes singulis distribuebant panem prout opus erat.

De paralitico curato a petro.

QUm autem quadam die ascenderēt petrus et iohannes in templum ad horam orationis nonam: erat quidam claudus a natiuitate. qui in glosa paraliticus dicitur iuxta portam templi. que dicitur speciosa a speciali quodam ornamento quod apposuit ei alexander hyrcanus. Ibidem etiam posuit herodes aquilam auream. et erat porta atrij virorum mundorum. Iste claudus cotidie portabatur in grabato suo ad portam illam ut peteret elemosinā ab ingredientibus in templū. Et rogabat petrū et iohannē ut elimosinā reciperet ab eis. Cum ascendissent in templū ad horā orationis nonā. Fuit enim consuetudo hebreorum tribus horis orare. Unde daniel dato edicto regis. qualibet die hijs tribus horis orabat. Ascendens fenestram cubiculi sui. et hec est consuetudo firmata ab ecclesia. que eisdē horis orat. s. tercia. sexta. nona q2 dns hora tercia flagellatus ē. sexta crucē ascēdit. nona aīaz posuit. Intuentes petrus et iohānes claudo dixerūt. Respice in nos. ac si dicerent. Attende paupertatem nostram. Non habemus quid porrigamus tibi. At ille intuēs in eos: sperabat se aliquid accepturum ab eis. Ad quem petrus. Argentum et aurum non est michi. Non enim erat suum quod reseruabat in vsus pauperū qui reliquerant patrimonia sua proicientes ad pedes apostolorum. Quod autem habeo hoc tibi do. In

nomine ihesu xpi̇sti nazareni surge et ambula in pace. Et apprehensa manu eius dextera: eleuauit eum. et protinus consolidati sunt bases eius et plante. Stetit et ambulabat cum illis in templū. ambulans et exiliens et laudans deū. Quod additum est a luca ut ostenderet illud impletum. Salietsicut ceruus claudus. et vidit eum omnis populus ambulantem et laudantem deum et impleti sunt stupore et extasi in eo qđ contigerat ei scientes qꝫ a natiuitate claudus fuerat. et cum uiderent petrum et iohannem cucurrerunt ad eos ad porticū qui appellabatur salomonis. i. in ea parte in qua stabat salomon dū oraret. Et videns petrus populū admirantē super hoc miraculū locutus est ad eos.

Quomodo nil sibi asscribebāt sed oia deo.

Viri israelite quid āmiramini aut quid intuemini nos. quasi virtute nostra hoc fecerimus miraculum. q. d. nō virtute nostra hoc fecimus miraculū sed deus abraham. deus isaac. deus iacob. deus patrum nostrorum glorificauit filium suū. quem uos tradidistis et negastis ante faciem pilati iudicantis illum dimitti et vos potius iudicastis barrabam dimittendum. Nomen eius. i. nominis inuocatio. Et fides habita de eo dedit isti integram sanitatē: in conspectu omniū nostrum. Et nunc scio fratres quia per ignorantiam fecistis sicut et principes vestri. Sed quia sic predictū erat ab oībus prophetis. oportebat īpleri. Penitemini ergo et cōuertimini vt cum venerint tempora refrigerij a facie domini. s. tēpus incarnationis qꝫ reuera fuit tempus refrigerij vel discretiōis vniuersalis iudicij. et redemptio iustorum deleantur vestra peccata. Tunc enim plene delebuntur peccata. cum virtute resurrectionis mors destruetur nouissima. Et cū remiserit eū

qui predicatus ē vobis ihesum xpristū quem oportet celum suscipere.i. ad dexteram patris sedere vsq; in tempus resurrectionis omnium nostrū que locutus est a seculo per os oīm prophetarum.i. ad communem omnium resurrectionē. Tunc enim reuera omnia cōplebuntur de xpristo predicta et ponit exempla de hijs qui predixerunt de xpristo et premittit per moysen.

De inuidia saduceorum in apostolos.

Loquētibus autem apostolis ad populū superuenerūt sacerdotes et magistratus templi. et indignati sunt oēs cōmuniter. quia ita magnificabāt eum: quē ipi dāpnauerūt quasi reum. Tunc saducei specialiter dolentes quia p̄dicabāt resurrectionem. quam ipsi negabant. Ingesserunt manus in eos. et posuerunt in carcere. quia iam uesperauerat. Et non poterant eos iudicare. Multi autē qui audierant uerbū eoꝝ crediderunt et fuerunt qui eadem die ad fidem conuersi sunt quinq; milia et hoc est ꝙ sepe legitur quia tria milia una die conuersi sunt ad fidem qđ ipsa die pentecostes factū est: alia die quinq; milia.

Qđ constāter responderunt ad interrogata in cōcilio.

Altera die congregati sunt principes sacerdotum.i. qui principatū habebant inter. xxiiij. seniores sacerdotes qui nominatim exprimuntur sacerdotum. Anna princeps sacerdotum qui omnibus preminebat. et cayphas et alexander et iohannes. hij post eū erāt tres excellētiores. et quotquot erant de genere sacerdotali. et seniores et pharisei. traditionū inuentores. et scribe leges expositores. legem. s. alijs exponentes. Hoꝝ distinctionem frequēter habemus in euangelio.

et statuentes eos in medio concilio interrogauerunt eos. In qua virtute vel in quo nomīe fecistis hoc? Tunc petrus spū sancto plenus respondit. Primo questionem eorū temerariā eē ostēdens. Nunquid pro benefacto iudicamur. i. ad iudices trahimur: et tanq̄ rei arguimur. q. d. Stulte nos arguitis. Notū sit uobis omnibus. quia in nomine domini ihesu xp̄i quem vos crucifixistis. iste sanus astat corā vobis. quē deus suscitauit a mortuis. hic ē lapis angularis a vobis edificātibus reprobatus. i. a vobis crucifixus qui postea suscitatus a patre factus est princeps in caput anguli duorum populoꝝ qui in ipso tāq̄ angulari lapide sunt uniti: et nō ē in aliquo alio salus. Non est enim aliud nomen sub celo datum hōibus q̄ nomen xpristi ī quo oportet nos saluari. Videntes autem petri et iohannis constantiam. attendentes quod illi essent pdiote. et illitterati ammirabantur cognoscentes eos quia cū ihesu viderant eos. et quia presens cum eis erat. quem sanatū rāt non poterant contradicere. Nota q̄ aliam hic habemus ethimologiam huius nominis pdiota q̄ in pisidoro. Nam secundum pisidorū idiote dicitur quasi diuisus ab auribus. Vdi enim diuisio. ota auris interpretatur. vt dicatur pdiota quasi diuisus ab intellectu scilicet fatuus. Sed secundum ethimologiam que hic ponitur dicitur pdiota quasi ab pdiomate dicti. Sunt ergo pdioti quasi contenti solo pdiomate lingue sue. Hebree q̄ satis nouerant et nichil aliud. Jusserūt aūt eos foras extra concilium secedere. et conferebāt adīuicē dicentes. Quid faciemus hoī bus istis. manifestū ē miraculū quod fecerunt: Negare non possumus. Sed ne āplius diuulgetur comminemur eis ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum. Et reuocantes eos denunciauerunt ne oīno loquerentur vel docerent in nomine domini ihesu. Ad quos

petrus et iohānes. Vos ipſi iudicate an potius obediēdū ſit deo p̄cipiēti: an uobis prohibētibus. q. d. Erratis prohibētes q̄ deus p̄cipit nec eſtis audiendi. vbi enī ſuperior p̄cepit et īferior cōtradicit. Non ē audiēdus inferior. Nō possumus que vidimus et audiuimus non loqui. At illi comminantes dimiſerunt eos. nō audentes in eos inicere manus propter populū. Dimiſſi aūt redierūt ad ſuos ī ſpon et annūciauerūt quāta eis princeps ſacerdotū et ſeniores dixiſſent: et quomō eis reſponderant. Qui cū audiuiſſent. vnanimiter leuauerūt vocem dicentes. Domine qui feciſti celum et terram. mare et oīa que in eis ſunt. et in ſpiritu ſancto per os dauid patris noſtri pueri tui dixiſti. Quare fremuerunt gentes et populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre et p̄incipes conuenerunt in vnum aduerſus dominum et aduerſus xp̄iſtū eius. Conuenerunt enim in ciuitate iſta aduerſus puerū tuū ihēſum. quē miſiſti. herodes et pilatus cū regibus et populis iſrael facere que manus tua et cōciliū tuū decreuerūt fieri. Nūc domine reſpice minas eor̄. et da ſeruis tuis cū omni fiducia loqui uerbum tuum. Nota q̄ de hoc verbo ſolet frequenter opponi. Conuenerunt herodes et pilatus facere que manus et concilium dei decreuerūt fieri. Sed herent duobus verbis facere fieri. quia reuera ip̄i conuenerunt ad condendā prauā actionem. deus decreuit fieri illā paſſionē. quia actio illa fuit praua: paſſio bona. Et factū eſt dū oraſſent. motus et locus in quo cōgregati erāt. et iterū miſſus ē ſpūs ſcūs et repleti ſpū ſancto: loquebātur verbū dei cū fiducia.

De mutua caritate inter apoſtolos.

ET multitudinis credētiū populor̄ erat cor vnū. et aīa vna. Nec quiſq̄ eorū que poſſidebāt aliquid eſſe ſuū

dicebat. sed erant illis oīa communia et gratia magna erat ī illis oībus. Neq; enī quisq̄ egēs erat īter illos. Quotquot autem erant possessores domorum aut agrorum uendebant: et ponebāt precia ante pedes apostolorum. Diuidebatur aūt singulis prout cuiq; opus erat. Tūc ioseph qui cognoīatus est barnabas q̄ est interpretatum filius consolatiōis. leuites cyprius genere cum haberet agrum vendidit illū: et posuit precium ante pedes apostolorum. Unde cum dixisset leuites ne videretur habere propriū. quia leuite nō habebāt hereditatem in terra. Additum est cyprius genere. vt ostēderetur natus in dispersione. et inter gentiles. et ideo licebat ei proprium habere. Et est adherendum verbo bede super hūc locū et tenendum. hunc fuisse socium pauli nō illū qui cū mathia statutus est quando sors cecidit super mathiam: q̄ quidam arbitrātur vt dicit beda minus ītuētes. quia hic barnabas appellatur. i. filius consolationis. iste quietus interpretatur. Unde lucas nominis interpretationem scienter addidit. vt huius ad illū differētiā insinuaret.

De morte ananie et saphire.

Vir autem quidam nomine ananias voluit esse in collegio iustorum cum saphira uxore sua vt haberet necessaria vite sine labore. et ita lucratīe voluit acquirere sibi prebendam. vt cum uouisset totū preciū agri venditi ponere ante pedes apostolor̄. non soluens uotū. defraudauit se p̄cio agri conscia vxore sua mediam partem reseruans reliquam ante pedes apostolorū posuit. Q̄ statim preuidens petrus in spiritu ait. Anania cur temptauit sathanas cor tuum mētiri te spiritui sancto? cur reseruasti de precio agri: nō es mētitus hominibus sed deo qui scrutatur corda: et perdit omnes qui

loquūtur mēdaciū. Audiēs hoc ananias cecidit et expirauit. Vnde notandū quia licet in euangelio dominus dixerit qui te percusserit in maxillam prebe illi et aliam. tamen in primitiua ecclesia quandoq; exercuit vindictam. quando enim promulgātur leges solēt ad eas sanctiendas graues vīdicte exerceri. vt rigorem legis promulgate sanctiat seueritas vīdicte. Vnde in initio legis nascentis pro collectione lignorū in sabbato lapidabatur homo. In initio sacerdotij duo filij aaron igne cōsumpti sunt pro oblato igne alieno. s. nadab et abia. Sic ananias defraudans de precio agri corruit et expirauit. pro terrore alijs incutiendo. quia tam velox vīdicta magnum timorē alijs icussit. Factus est enim timor magnus in omnes qui audierunt. Et est anticipatio quia solius viri mortē ante vxoris exitum pauci audierunt. Surgentes autē iuuenes asportauerunt cadauer et sepelierunt. Et factum est quasi horarum trium spatium et uxor eius nesciēs itroiuit. Ad quam petrus dic mulier si tātū agri vendidisti. Ad quē illa. etiam tāti. Ad quam petrus. quid vtiq; conuenit vobis temptare spiritum domini. Ecce pedes eorum qui sepelierūt virum tuū stant ante hostiū et deferent te. Ac si verbo breui concludens diceret: morieris. Qui enim sepelitur mortuus ē. Confestim autem corruit ante pedes eius et expirauit. quia fuerat conscio fraudis. et intrantes iuuenes qui stabant ante hostium inuenerunt eam mortuam et exportauerunt et sepelierūt ad virum. i. iuxta suum virū. Fuit enī hec cōsuetudo hebreorum vxores sepelire iuxta viros. vt coniunctionem carnis coniunctio sequeretur pulueris: quia mulier sumpta est de costa viri.

De signis que fiebant ab apostolis.

PEr manus autē apostolox fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erāt omnes vnanimiter in porticu salomonis. Nemo autem infidelium audebat se coniungere illis. quia territi erant exēplo ananie. et augebatur in domio credentium multitudo. et ponebant in plateis infirmos in lectulis et grabatis. vt veniente petro vmbra illius corporis obūbrati. liberarētur ab infirmitatibus suis. quia petrus priuelegiatus erat in miraculis et maiora legitur fecisse q̄ xp̄us. Et vide quia grabbatū proprie dicitur lectisternia pauperū in quibus nichil corpori substernitur. sed tantū scōm quosdā supponuntur capiti substramentum. Glo. Scōm quosdam scribitur grabbatū per duo. b. vt sabbatū. et sic debēt proferri media correpta. Alij dicūt grabatū quasi grauatū et mutatur b. in. v. et sic debet produci qō est verius.

De incarceratione petri.

EXurgens autem princeps sacerdotū et saducei repleti sunt zelo. et iniecerunt manus in apostolos. et posuerunt eos in custodia publica. i. in carcere. Nota q̄ cū supra dictum sit pluraliter principes sacerdotum. hic dicitur singulariter: quia forte vnus eorum mortuus fuerat. s. anna. Vide q̄s q̄ saducei dicti sunt. q. seducti a sadech qō interpretatur iusticia. Vnde melchisedech quasi rex iusticie. Vsurpabant enī sibi nomē iusticie cū essent iniusti. Sic dicti sunt saducei a sadech sacerdote a quo transtulit salomon sacerdotium ad abiathar quia gloriabantur de genere eius se esse. Isti consentiebāt principibus sacerdotū in persecutione apostolox. quia predicabant resurrectionem quam ipsi negabant.

Quomō per angelum de carcere sunt educti.

Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris. et educēs eos dixit. ite et loquimini ī tēplo plebi omnia verba vite. ſ. huius uite xp̄iane. q̄ addere non fuit neceſſarium. quia iam famoſa erat ſecta xp̄ianoꝝ. Non eſt autem intelligendum angelū aperuiſſe ianuas carceris. ſed q̄ dictum eſt aperiens. ſic accipiendum eſt. ac ſi diceretur ita eos educēs ac ſi ianue eſſent aperte. Credendū eſt iuxta q̄ tradūt ſancti ianuis clauſis eductos eſſe de carcere quod factum eſt ad eoꝝ confirmationem. et iudeoꝝ cōfutationē. Nam quomodo heſitauit thomas x̄pm in carne et oſſibus. clauſis ianuis ad diſcipulos ītraſſe. cū ſeip̄m videat clauſis ianuis eductū eſſe de carcere. Judei quoq̄ dixerunt coꝝpus xp̄iſti furto ſublatum de monumento. ſed quo furto dicerent apoſtolos de carcere clauſo eē eductos? iuxta p̄ceptū domini apoſtoli intrauerunt in templo diluculo. et docebant plebē. quia preceperat angelus vt p̄dicarent in templo. ſ. in loco celebꝛioꝛi. et magis frequētato.

Quomō obſtupuerunt illis eductis.

Adueniens autem p̄inceps ſacerdotum et qui cum eo erant conuocauerunt concilium vt deliberarent quid faciendum eſſet de eis. Ad hoc enim miſſi fuerant in carcere. vt traherentur ad iudicium: et miſerunt ad carcerē vt adducerentur. Cumq̄ reuerſi eſſent miniſtri: renunciauerunt eis ſicut inuenerant dicentes. Carcerem inuenimus clauſum cū omni diligentia et ſtātes ad ianuam cuſtodes. Aperientes aūt neminē intus inuenimus. Vt autem audierūt hos ſermones magiſtratus templi. et p̄inceps ſacerdotum. i. potentioꝛes et ſapientioꝛes ambigebant quomodo hoc factum eſſet. Et ecce quidam adueniens dixit eis. viri quos in carcere poſuiſtis

stant in tēplo et docent populum.

De responsione eorum.

TUnc abijt magistratus cum ministris. i. principibus sacerdotū. Et est magistrat⁹ singularis numeri. et eodē modo in precedenti scōm grecum. Et adduxit eos sine vi. q² non fuit ausus eis violentiam facere propter populum qui fauebat eis. Et adduxerūt illos ī cōcilio. Et ait illis prīceps sacerdotum precipiendo precipimus vobis auctoritate pontificali ne doceritis in nomine isto. s. in noīe ihesu. Et ecce repletis iherusalem doctrina vestra: Nunquid vultis ītroducere super nos sanguinem huius hoīs. i. sanguīs vīdictā q. d. Nunquid arguitis nos quasi reos sanguinis īnocentis predicando eum innocentem: quem condempnauim⁹. Et respōderunt vnanimiter omnes apostoli ex feruore et zelo nō patientes vnum pro omnibus loqui obedire oportet magis deo ꝙ̄ hominibus. Deus patrum nostrorū suscitauit ihesum. quem vos interemistis suspendentes in ligno. et exaltauit illum ad dexteram suam et nos testes sumus horum verbor⁹. et spiritus sanctus quem dedit non solū nobis. sed omnibus obedientibus sibi. In quo ad penitentiam prouocat. Ac si dicat. et vobis si uelitis obedire. Hec aūt audientes: dissecabantur in cordibus suis.

De concilio gamalielis.

TUnc surgens in concilio quidam phariseus nomine gamaliel legisdoctor honorabilis vniuersi plebi precepit vt adhoreui ammouerētur. Iste gamaliel vt dicit clemēs in epistola quadam fuit discipulus apostolorum sicut nycodemus. et de concilio apostolorum erant inter iudeos vt sepe

mitigarent iram eoꝝ aduersus eos. Locutꝰ est ergo gamaliel in concilio in hunc modū viri israelite attendite vobis quid facturi estis super hominibus istis. q. d. non debetis subito iudicare sed expectare. Quia si opus eorum est opus tantum hominum: per se destruetur. Si autē est opus dei. stabit: nec poterit destrui et hoc ostendit exemplo duorum. s. theode et iude galilei. Theodas magus vt tradat iosephus. dicebat se esse prophetam. ad cuius persuasionē multi venditis oībus suis et sublatis ex vxbe et facultatibus ad ripas iordanis venerunt. Et promisit se facturū post triduū vt diuideretur iordanus. et transirent sicco pede. sicut transierūt filij israel. et dum expectarent in illo triduo. superueniens procurator presidis syrie. Cum multitudine equitum. multos ex eis occidit. et caput ipsius theode iherosolimam reportauit.

Aliud exemplum de eodem.

POst hūc extitit iudas galileus ī diebus professiōis. i. descriptionis generalis ab augusto facte. quādo vnusquisq; soluens censum capitis sui profitebatur se subditum romano imperio. Iste iudas galileus fuit essenus genere. et vt tradit iosephus persuadebat iudeis vt negarent tributa romanis. asserens eos qui primitias et decimas deo soluebant non debere soluere tributa hominibus. et preualuit eis hec eius doctrina in tantū. vt pharisei magna pars populi quererent ab ipso domino an soluendum esset tributum cesari. postea periit ipse et quotquot ei consenserunt. Concenserūt ergo exhortationi gamalielis et cōuocātes apostolos. flagellauerūt eos. et flagellatos dimiserūt. prohibētes sub cōminatōe mortis. ne amplius loquerentur in nomine ihesu. Et ibant

apostoli gaudentes in conspectu consilij quoniã digni habiti sunt pro noĩe ihesu xpi: contumeliã pati. Ecce quantum erat in eis iam robur fidei. qui nec verbis prohiberi poterãt nec flagellis. i. non destiterũt. primo verbis prohibiti: modo flagellis cesi.

De causa murmuris inter xpianos.

IN diebus illis crescẽte numero discipulox. i. xpianox. qui eo tempore dicebantur discipuli. factũ est murmur grecorum id est aduenarum gentilium in ciuitate conuersantium. uel iudeorum qui fuerant in dispersione inter grecos nutriti aduersus hebreos. eo q despicerentur vidue eorum in ministerio cotidiano. quia vidue eox erant magis perite. et ideo alijs preferebantur in dispensatione amministratiõis cotidiane. Et potest itelligi causa murmuris dupliciter. vel quia vidue grecorum in cotidianum ministerium nõ admittebãtur. vel quia in cotidiano ministerio nimis grauabãtur. forte faciebant affocarias. et huiusmodi vilia ãministrature. Videntes autem apostoli eam murmurationem ortã pro administratione viduarũ. quas ideo necesse erat administrare. quia non poterant ipsi ad hoc sufficere. vt singulis distribuerent: multitudinem conuocantes dixerunt. Non est equum derelinquere verbũ dei et ministrare mẽsis. Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonij. vij. plenos spũ scõ. et sapientia. quos constituamus super hoc opus. vt ipi ministrent vel presint ministrantibus. Nos autem orationi et predicationi vacabimus. Et placuit sermo iste multitudini. Et elegerunt. vij. stephanum: et philippum: et prochorũ: et nichanorem: et cymonẽ: et parmenã: et nicholaum aduenã: et antiochenum: qui solus dictus est aduena. vel quia solus

erat aduena. vel quia notabilis erat futurus. vel dicitur ad uena. quasi alienus. Hos statuerunt illi qui elegerant ante conspectum apostolorum. Et orantes apostoli: imposuerunt eis manus. Horum vicem habent in ecclesia archidiaconi. propterea instituti. ut portent pondus negociorum. vt epi liberius uacent doctrine et orationi. Sed epi nostri tepores quia deprehenderūt archidiaconos in huiusmodi āministratiōe minus circumspectos prouida quadam cautela dant operam huic operationi. id ē ministrationi. Et vide quia ꝙ apostoli orantes leguntur manus imposuisse. ideo in ordinationibus fiūt orationes. hac etiam autoritate in quibusdam ecclesiis manus imponuntur diaconibus in ordinatione. Qui autem eis manus non imponunt. secum habent autoritatem bede. Qđ autem dictum est. et orātes imposuerūt eis manus. dicit intelligendum eē factū post. quia eosdem postea ordinauerūt ad ministeriū sacri altaris. et dominici corporis et sanguis et tunc eis manus imposuerūt. Unde et sacerdotibus cum ordinantur: manus imponuntur. verbum domini crescebat. et multiplicabatur numerus discipulorum in iherusalē. Multa etiā turba sacerdotū obediebat fidei.

De commendatione beati stephani.

Et stephanus plenus gratia et fortitudīe. faciebat prodigia et signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga libertinorum a regione sic dictor. vel libertinorū. i. manumissorum. Qui cum prius fuissent serui postea fuerant de libertate donati. et sic de seruili conditione fuerūt. Qui primo fidei xpi restiterūt. et cyrenensiū. a cyrene ciuitate. et eorum qui erant a cilicia et asya minori. que sunt prouintie proxime. disputantes cum stephano. et nō poterāt

resistere sapientie et spiritui sancto qui loquebatur in eo. Tūc introduxerunt duos falsos testes qui testificarent eū dixisse blasphemiā in deum. et in moysen. et commouerunt plebē et seniores et scribas. et adduxerunt eum secum ad concilium. Et surrexerunt duo falsi testes. et dixerunt. Homo iste non cessat loqui aduersus sanctū locum. et moysen. q. d. Detrahit tēplo et legi. Audiuim9 eū dicētem. quoniā ihesus nazarenus destruet istū locū. et mutabit traditiones: quas tradidit nobis moyses. Et oēs qui intuebātur eū sedentē in concilio videbāt faciem eius tamq̄ faciem angeli: et dixit ad eū princeps sacerdotū. Nunquid hec ita se habēt? Tunc aggressus est btūs stephanus facere grandem sermonem. Et quia arguebatur de blasphemia in deum et in moysen. iam premittit in principio sermonis commendationem dei dicens. deum qui locutus est patribus et prophetis esse deum maiestatis et glorie. et statī ascendit ad commendationem moysi. inchoans ab altiori. s. a cōmendatione patrū. a quibus descendit moyses: et inchoat ita. Abrahā quādo egressus de chaldea. venit ī mesopotamiā. et inde in charram: et inde in iudeā.

De sermone eiusdem.

Viri inquit patres et fratres audite. Deus glorie apparuit patri nostro abrahe cū eēt in mesopotamia. priusq̄ moraretur in charram. et dixit ad illum. Exi de terra tua. et de cognatione tua. et tercium additur in genesi sc3 de domo patris tui. Sed a stephano pretermittitur: qui scientibus loquebatur. ideo historiā breuiter tāgit vel trāsit. quasi notā. Sed videtur obloqui libro geneseos. vbi videtur contineri. q̄ post mortem patris. s. thare dictum fuerit abrahe. de quo constat. quia mortuus est in charram. Vbi et filius eius cū

eo habitauit. et ita dictū est in charram. Quid est ergo ꝙ hic dicitur priusꝙ moraretur in charram. potuit enim vtrobiꝙ dici. vel vbi dicitur. et dixit ad illum. Supple postea ī charram. Sed siue in mesopotamiā. siue in charram: siue in vtrobiꝙ dictum sit. quomodo est dictum ei. Exi de terra tua: Nū quid iam exierat de chaldea: vtiꝙ sed adhuc ibi tenebatur spe: et desiderio redeundi. Preceptum est ergo ei vt exiret mente quia iam exierat corpore. Vel potest dici ꝙ mesopotamia et charram in chaldea sunt. et ita egressus de chaldea .i. de quadam parte chaldee. venit in mesopotamiā. i. in aliā partem. s. chaldee. et inde venit in charram. que adhuc erat in mesopotamia. Tunc exiit de terra chaldeoꝝ. et de mesopotamia. quantum ad hoc ꝙ intelligitur bis dictum. et venit postea in charram. et inde simul de charra. Postꝙ mortuus est pater eius. transtulit eū dominus in terram istam in qua vos habitatis. vel tunc exiit de terra chaldeorum mente. et inde: i. deinde. s. post depositionē illius volūtatis. Post mortē patris: translatus est in terram istā. vel si intelligatur dictū tantū in charram: plane legitur scōm litteram translatus. Et vide quia in hebreo dicitur de hur chaldeorum id est de igne. Chaldei enim ignem adorant. et per ignē traiciūt paruulos suos. sicut nos traicimus nostros per aquam baptismi. et tradunt hebrei. ꝙ quia thare. et filij eius cū essent in chaldea. nolebant adorare ignem. proiecti sunt a chaldeis in ignem. Combustus est aram frater abrahe. Abrahā vero a domino liberatus est. Vnde sepe dictum est ei a domino. Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de hur chaldeorum.

Prosecutio narrationis.

Postq̃ autē liberatus est cū patre suo thare. et nachor fratre et loth nepote. et tota familia venit in charrā. et indē post mortē patris. ibi remanente fratre eius nachor. venit in iudeam. tamen non dedit illi hereditatem dominus in ea. nec passum pedis. i. etiam nec minimā partē. et nichil possedit ibi. nisi titulo emptionis. speluncam enim cum agro non hereditatem possedit. sed precio emit ab effron filio seor etheo. Sed repromisit ei illam dare in hereditatē dominus. semini eius post ipsum cum haberet filium eius dicens. erit semen tuū accola et peregrinū in terra aliena quadringētis. et. xxx. ānis et in parte huius tēporis subiecit eos seruituti. et male tractabant eos egyptij. quia centum et. xl. iij. ānis fuerunt in seruitute pharaonis regis egypti. et gentem cui seruierunt: ego iudicabo dicit dominus. et post exibunt de ciuitate. et deseruiēt michi ī loco isto. Sic ordinata cōstructōe littere nil scrupuli subrepit vel surgit īde. Nos quadrigētos xxx. ānos computabat rabanus a die qua facta est hec promissio abrahe vsq̄ ad egressum de egypto. A tempore namq̄ promissiōis facte abrahe vsq̄ ad ingressum iacob in egyptū fluxerunt. cc. xv. anni. et ab ingressu ad egressum totidem. Sic rabanus cui consonare videtur apostolus dicens. Quia post quadringentos et. xxx. ānos facta ē lex.

Quomodo cōputantur. cccc. xxx. anni.

Beda et augº. quia dictum est in ysaac vocabitur tibi semen. Adherentes huic verbo cōputant. cccc. et. xxx. annos a natiuitate ysaac vsq̄ ad mortem duorum regum. s. seon regis amorreorū: et og regis basan. prosequitur exinde breuiter stephanus hystoriam et dedit illi testamentum circūcisionis. et genuit ysaac. et circūcidit eū octauo die. et ysaac

genuit iacob. et iacob. xij. patriarchas. et patriarche emulātes ioseph. vendiderunt eum in egypto. i. negociatoribus qui transtulerūt eum in egyptum: qđ breuiter transit. et erat deus cū eo. et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius. et dedit ei sapientiā et gratiā in conspectu pharaonis regis egypti. et constituit eum prepositum super egyptū. et super omnem domum suam. Postea facta est fames magna in vniuersa terra. et audiens iacob frumentū esse in egypto. primo misit filios. postea venit cū. lxxv. animabus. Veritas habet scđm libros geneseos. quia cum. lxvi. animabus intrauit. et si computantur ipsi iacob et ioseph cum duobus filijs: non sunt nisi. lxx. lucas addit. v. per anticipationem computās nepotes ioseph sequēs editionē. lxx. que magis erat autētica. Quā nisi forte sequeretur minus crederetur ei. et opus eius suspectum haberetur. Et defunctus est ipse iacob in egypto. et patres nostri. s. xij. patriarche. et transłati sunt in sychen: hoc de solo ioseph legitur quia filij israel ad eius peticionē ossa eius de egypto transtulerunt. que etiam prophetasse leguntur: et sepulta sunt in sychen. Quid est ergo qđ pluraliter dictū est transłati sunt in sychen.

Opinio bede de eodem.

Credendum est dicit beda stephano. Credendū est ieronimo. qui in hystoria pauli dicit eam transisse per sychen. et ibi inuenisse. xij. sepulchra patriarcharum. Primo ergo transłata ī sychen. et inde postea posita sunt in sepulchro qđ emit abraham precio argenti. a filijs emor filij sychen in spelūca. s. duplici quam emit quadringentis siclis ab effron filio seor ethei. s. in abrahamio. vbi sepultus est adam cum eua. abraham cum sarra. ysaac cum rebecca. iacob cum lya.

Sed quid est qđ dictum est in sepulchro qđ emit abraham a filijs emor filij sychen. Cū constet abrahā emisisse sepulchrū ab effron etheo? ideo sic construunt quidam litterā. translata sunt in sychen. Sychen dico emptam a filijs emor filij sychē Sed queritur quare dicitur emor filius sychen cum constat sychen fuisse filiū emor. potuit eē qp fuerunt duo sychē. quor alter dicitur a luca pater emor. alter in genisi dicitur filius eius. vel ita ordina constructionem. vt iungas principium sermonis et finem hoc modo. A filijs sychen filij emor. et ita hic locus congruit libro geneseos. Vt ergo omnis excludatur dubitatio: ita construatur littera. Translati sunt in sychen. sychen dico emptam a iacob. s. a filijs sychen filij emor. ac si diceretur in illam partē sychen quā emit iacob non abrahā. et inde positi sunt in sepulchro quod emit abrahā ab effron etheo. s. in abrahamio.

Redit stephanus ad ordinem hystorie.

POstea redit stephanus ad ordinem hystorie. quia quo dāmodo digressus fuerat. et continuatur ei quod dictū est. Post hec exibunt et deseruient michi in loco isto. Cum aūt appropinquaret tempus repromissionis. creuit populus et multiplicatus est in egypto quoadusqz surrexit alius rex i egypto. ignoras beneficia ioseph. hic afflixit patres vrōs. precipiens necari paruulos vestros. et eo tempore quo dedit edictum occidendi paruulos: natus est moyses. et fuit gratus deo. Ecce quomodo descendit ad commendationem moysi. quia arguebatur blasphemasse in eum. qui cum nutritus eēt tribus mensibus in domo patris sui. proiectus est in flumen. et sustulit eum filia pharaonis. qui venerat ad flumen vt lauaretur: et nutriuit eū sibi in filium. et instructus est moyses

omni sapientia egyptioꝝ. et erat potens. verbis et operibus
suis. i. eloquens et fortis. Cum aūt esset. xl. annoꝝ visitauit
fratres suos filios israel in terra iessen. vbi occidit egyptium
rixantem cum hebreo. putans fratres intelligere. sicut ipse
intelligebat in spū. ꝙ per manum eius dominus filios israel
de manu egyptiorum esset liberatur⁹ at illi non intellexerūt.
Et cū sequenti die vellet reconciliare duos hebreos rixātes
qui īiuriā faciebat alteri: repulit eū dicēs. Quis te cōstituit
iudicem super nos: Nūquid vis me interficere sicut heri in-
terfecisti egyptium. Quo audito timens moyses sibi fugit in
terram madian. vbi de sephora filia sacerdotis madian. quā
duxit: genuit duos filios. Expletis autē annis xl. apparuit
illi dominus in deserto montis synai cum minaret gregem ad
interiora deserti in rubo. et facta est vox domini ad eū dicēs.
Ego sum deus patrum vestrorum. et tremefactus est moyses.
Dixit autem illi deus. Solue calciamētum de pedibus vr̄is.
locus enī in quo stas: terra sancta est. Vidi afflictionem po-
puli mei qui est in egypto. et gemitum eoꝝ audiui. et descēdi
liberare eos. et nunc veni vt mittā te in egyptū. Hunc dicūt
moysen quē negauerunt dicentes. Quis te constituit prīcipē
super nos. Misit deus principē. et redemptorem de seruitute
egypti cum manu. i. opere vel auxilio angeli. qui. apparuit ī
rubo. Hic eduxit eos faciēs signa et prodigia ī terra egypti
et in mari rubro. et in deserto annis. xl. Idem moyses dixit
filijs israel. prophetā suscitabit vobis dn̄s deus de fratribus
vestris. ipsum tanq̄ me audietis. hic est qui fuit in ecclesia
in congregatione populi israel in solitudine synai. cum āgelo
qui loquebatur ei in monte. et cum principibus nostris: qui
accepit verba vite dare nobis. cui noluerūt obedire patres
nostri. sed repulerunt eū. et aduersi sunt cordibus in egyptū

ad aaron dicentes. fac nobis deos qui p̄cedāt nos et fecerūt vitulū. et hostias ei obtulerūt.

C̄omendat tabernaculū ne videat̄ dāpnare sc̄m locū.

POstea quia dicebant eum deprauare locū sc̄m. Subdit de commendatione tabernaculi. q̄ dictum ē tabernaculū testimonij. vel quia erat ī eo archa testimonij. vel quia ante fores tabernaculi cause sub tectis diffiniebant̄. Tabernaculū inquit testimonij fuit cum patribus nostris ī egypto sicut disposuit deus loquens ad moysen. vt faceret illud sc̄m formam quam viderat in monte. Hoc habuerunt patres nr̄i vsq; in diebus dauid. In diebus autem salomonis templum tabernaculo successit. Postea cepit eos arguere. Postq̄ purgauit se a crimine sibi a falsis testionijs obiecto. Dura īquit ceruice. et īcircūcisis cordibus et auribus vos semper spū̄i sancto resistis. sicut et patres vestri. Hoc audientes dissecabantur cordibus suis; et stridebant dentibus in eum.

Quomodo lapidauerunt stephanum.

CVm esset autē stephanus plenus spiritu sancto: ītuens in celum. vidit gloriam dei. et ihesum in forma hūana stantem a dextris virtutis dei. stans apparuit ei crucifixus nec titubaret lapidandus. eo enim quo stabat se paratum ei sub uenire monstrabat. quia stare pugnantis est: vel adiuuātis. Ecce inquit video celos apertos. et filium hominis stantem a dextris virtutis dei. Tunc exclamantes voce magna: clauserunt aures suas. quasi abhorrentes audire blasphemiam. et impetum fecerunt vnanimiter in eum. et eicientes eū extra ciuitatem. lapidabant: in hoc sc̄m legem se agere estimātes.

blasphemus enim educebatur extra castra: et lapidabat eū vniuersus populꝰ. Et testes duo. s. falsi. qui primi scōm legē tenebantur lapides proicere. quia in lege dictum est de blas-phemo. prima manꝰ testium lapidabit eū. Ergo deposuerūt vestimenta sua ne inquinarentᵉ tactu illius. secus pedes ado lescētis. qui vocabatur saulus. postea aduocatus ē paulus. Cui teste beda in hoc deus misericorditer prouidit ei. qꝫ non est manus eius sanguine innocentis polluta. sed tantūmodo seruauit lapidantiū vestimenta. et cōsensit eis. Vnde dignus morte periret. nisi deus ei per gratiā: penitentiā inspiraret. Lapidauerunt ergo stephanum. inuocantem et dicentē. Dñe ihesu accipe spiritum meum: sicut et xpūs ait ad patrem. In manus tuas commēdo spiritum meum. Positis aūt genibus clamauit voce magna dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt quid faciunt. Multi enī ex eis ipm occidendo estimabāt se implere legem. iuxta quam dominus predixerat. Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretᵉ se deo prestare obsequium. Et cum hoc dixisset obdormiuit ī domino. Et facta est persecutio magna in ecclesia. que erat iherosolimis. quia occiso beato stephano vno de principibus ecclesie. et quasi primicerio. vij. diaconorum. ceperūt alios persequi grauiter in tātum qꝫ oēs discipuli preter apostolos. qui vt pastores gregis ceteris erant constantiores. dispersi sunt per regiōes iudee et samarie fugiētes a facie persecutorꝫ iuxta qꝫ precceperat dominus. Si uos persecuti fuerint ī ista ciuitate: fugite in aliā. Tumulauerunt autē stephanū viri ti morati id ē iuxta morē terre diligenter curam adhibuerunt sepulture: et fecerunt planctū magnū super eū. Tunc apostoli videntes qꝫ ad gentes postmodū eēnt transituri. prouidentes fidelibus qui erant in iherusalē remāsuri ordinauerūt iacobū

alphei episcopum iherosolimorum. et imposuerūt ei manus petrus et iacobus et iohannes. Ideo non a pauciorib⁹ q̄ a tribus episcopis: episcopus hodie consecratur.

De persecutione sauli.

Paulus vero deuastabat ecclesiā. discurrens per domos trahens viros ac mulieres. et detrudens in carcerem. neminē tamen occidebat. domino custodiente manus eius: ne sanguine innocentum polluerentur. Qui aūt dispsi fuerant pertransibant de loco ad locum euangelizantes verbum dei. Nichilominus quia dispersi constantes erant in predicatiōe euangelij. Philippus autem diaconus secundus a stephano descendens in ciuitatem samarie: predicabat ibi xp̄m. et intendebant turbe vnanimiter hijs que a philippo docebant. videntes miracula que faciebat. quia multos demoniacos liberabat. multos paraliticos sanabat. et claudos erigebat. Erat autem magus ibi seducens. qui attestabant omnes a minimo vsq̄ ad maximum. quia magicis artibus multa faciebat. vnde dicebant. ipsum esse dei virtutem. estimantes eē prophetam. vel angelum. vel dei filium. quia mentes eorum dementauerat. i. magicis artibus subuerterat. Cū q̄ crederēt philippo euangelizanti de regno dei. in nomine ihesu xpisti baptizabant viri et mulieres. et symō simulauit se credere. et baptizatus est. vt familiarius adhereret. et addisceret artē: qua similia posset facere.

De peticione symonis magi.

Qm autem audissent apostoli qui erāt iherosolimis q̄ recepisset samaria verbum dei. miserunt ad eos petrū

et iohānē. Qui cū veniſſent: orauerūt pro ipſis vt accipent ſpiritum ſanctum: viſibiliter. q̄ forte nondū fecerāt. Nondū enim in quē q̄ illoꝝ venerat. i. viſibiliter deſcēderat. Cōſtat enim quia inuiſibiliter ſpiritum ſanctum acceperant: cū baptizati eſſent in nomine domini ihesu xp̄i. Tunc imponebant manus ſuper illos. et accipiebant ſp̄m ſanctum. ita q̄ viſibili ſigno oſtendebatur: cum linguis omnibus loquerent. Cōſtat hunc fuiſſe philippum diaconū non apoſtolum. q̄ tñ videtur ex gloſa ſup matheum. quia manus impoſitionē reſeruauit apoſtolis. Que propterea reſeruat hodie ſolis eoꝝ vicariis. i ep̄is. qui manus imponūt. et frontē liniunt in cōfirmatione. vbi datur ſpiritus ſanctus ad robur. Si enim philippus iſte apoſtolus eſſet. ſtatim manus imponeret. nec ad hoc alios expectaret. Cum autē ſymon magus vidiſſet q̄ per impoſitionē manus apoſtoloꝝ daretur ſpiritus. putans quadā induſtria hoc ab eis fieri. et hanc poteſtatē poſſe ab eis p̄cio cōparari obtulit ei pecuniam dicens. Date michi hanc poteſtatē. vt cuicūq̄ manus impoſuero accipiat ſpiritum ſcm̄. et ſic voluit emere hanc poteſtatem: ad lucrum. Ad quem petrus. pecunia tua tecum ſit in perditione. q̄ ſic poteſt diſtingui ne videat imp̄cari pecunie. Pecunia tua tecum ſit. ſupple. ducens te in perditionē. vel pecunia tua tecum ſit. i. pecuniā tuā habeas: et poſtea penam eternam luas. Sancti cum ſententiam maledictionis proferunt. nō ex voto vltionis. ſed intuitu iuſticie in eam proruūpunt. Non eſt tibi pars in ſermone iſto. vt ad tuarū manuū impoſitionē detur ſpiritus ſanctus. Cor enim tuum non eſt rectum coram domino. Penitentiam itaq̄ age pro hac nequicia. et roga deū. vt ſi forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. In felle enī amaritudinis: et obligatiōe iniquitatis video te eſſe. Sciebat petrus in ſpū eū penitentiā

non acturū. sed ad hoc eum exhortari: erat eis officiū. Symō autem sciens se indignum a deo exaudiri: noluit orare. Sed ait apostolis. Precamini pro me vt nichil veniat super me hoꝝ que dixistis. Petrus vero et iohannes redibant iherosolimam. et multis ciuitatibus samaritanoꝝ euangelizabant.

De eunucho baptizato a philippo.

Angelus domini locutus ē ad philippū dicens. Surge et vade circa meridianū ad viam que descendit ab iherusalem in gazam. i. in affricam. q. d. Vade ad viam per quā a iherusalem per gazam descendetur in affricam. hec. s. gaza destructa est. Vetus enī gaza que olim erat terminus chananeoꝝ iuxta egiptum erat. et in loco eius edificata est alia. Et glosa super hoc verbū et mirū videtur qꝫ ita expositū est in gazam. i. in affricam. forte hoc est nominis interpretatio vel ita intelligendum est. Vade ad viam que descendit ab iherusalem in gazam. i. in affricam. Et surgens abiit. et ecce vir eunuchus potens in domo candacis regine qui erat sup omnes gazas eius. Erat enī consuetudo eunuchoꝝ custodire thesauros potentium. Venerat adorare in iherusalem. vt traditur in hystoriis per eū miserat multa dona templo in iherusalem candacis regine ethiopum. Et vide quia oēs regine ethiopum dicebantur regine candaces. Sicut romani imperatores: dicebant̄ cesares. nec habebat regimen regio illa nisi a feminabus. Cumqꝫ reuerteretur ethiops ille sedens super currum. et legens ysaiam prophetam: dixit spiritus philippo Accede et adiūge te curru. Accedens autē philippus audiuit eum legentem ysaiam prophetam et dixit. Putasne intelligis que legis? Qui ait. Et quō possum. si non aliquis ostenderit

michi. Et rogauit philippum. vt ascenderet et sederet secum. Erat autem hic locus scripture quam legebant. qui domino procurante sibi legendus occurrerat. tamq̃ ouis ad occisionē ductus ē. et sicut agnus corā tōdente se sine voce. sic nō apuit os suum. Respondens aūt eunuchus philippo dixit. Obsecro te vt dicas de quo propheta hoc dixit. de se an de aliquo alio Aperiens autē philippus os suū dixit. Et incipiens a scriptura hac de qua. s. querebat eunuchus euangelizabat illi ihm̄ Et dum irent per viam: venerūt ad quādam aquam. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari. Ad quē philippus. Si credis ex toto corde. tunc licet tibi baptizari. Ad quem ille. Credo dei filium ihesum. Et vide quia cum in spiritu videret philippus eunuchi fidem. Voluit tamen ab eo extorquere confessionem manifestam. nolens eum subito baptizare. vt daretur exemplum baptizatis. et baptizandis interrogandi et cōfitendi. Unde hodie cū quadam dilatione et protelatione scrutinior̃. celebrat̃ solēpne baptisma ī sabbato paschali. quia incipiunt scrutinia in media quadragesima ab ea die qua cantat̃. dum sanctificatus fuero. Tūc iussit stare curruū. et descenderunt ambo de curru. et baptizauit philippus eunuchum. Et cū ascendisset philippus de aqua: spiritus dn̄i rapuit philippum. et amplius non vidit eum eunuchus: Sed ibat per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto. et pertransiens euangelizabat cunctis ciuitatibus Donec veniret cesaream. in qua domum habuisse legitur cui vsq̃ hodie apparent vestigia. necnō et cubiculum. iiij. filiar̃ eius virginum prophetissarū. Nūc redit hystoria ad ordinē suū. prosequens de paulo. et continuatur ei q̃ supradiximus de philippo. Saulus deuastabat ecclesiam. Qō etiam dictū est de paulo. et de conuersione eunuchi. quasi incidens fuit.

De excecatione sauli et conuersione pauli.

Paulus adhuc spirans minarum. et cedis in discipulos domini. i. adhuc eis cōminans. et in eos cōspirans. et ad cedem eor aspirans. accessit ad principem sacerdotū. zelo furoris eum concitāte. et pecijt ab eo litteras ad synagogas singulas iudeor qui erāt damasci. vt eius autoritate. si quos inueniret damasci hui vie viros et mulieres vīctos perduceret in iherosolimā. Et cum iter faceret: contigit vt appropinquaret damasco. et subito circumfulsit eum lux de celo. et cadens in terram: audiuit vocē dicentē sibi. Saule saule quid me persequeris. i. in mēbris meis: Qui ait. Quis es domine An deus es vel angelus. Ego inquit sum ihesus quē tu persequeris. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. i. potētiori rebellare. Et tremens ac stupens ait. Domine quid me vis facere. Ac si diceret: volūtatem tuam iudica michi. quia pīsto sum tibi obedire. Ad quem dominus. Surge et ingredere ciuitatem. et dicet tibi quid te oportteat facere. Viri autē qui comitabant cum eo: stabant stupefacti. audientes vocē ipsi pauli non eius qui loquebatur cum eo. neminē autē videtes iuxta qō ipse paulus infra dicit. Qui autē mecum erāt lumē quidem viderunt. vocem autem eius non audierāt. qui mecū loquebatur. Et surrexit de terra. et apertis oculis nichil videbat. Factus est cecus corpore. qui prius fuerat cecus mēte Ad manus autē illum trahentes. manibus. s. suis manus ei tenentes. et quasi cecū ducentes introduxerunt illū damascū. Et erat tribus diebus nō vidēs neq; māducans neq; bibēs. In quo triduo creditur a spiritu sancto didicisse euangeliū. Unde gloriat in epistola ad galathas. se nō habuisse hoīem magistrum dicens. Neq; ab homine accepi illud: nec didici

sed per reuelationē ihesu xp̄i. Imponebatur enim ei a pseudo ꝙ edoctus esset ab anania. non a spiritu sc̄o. vnde vocabant eum apostolū ananie. Nec te moueat si q̄nq̄ legatur cōuersio eius facta. primo anno dominice passionis: quādoq̄ secūdo alterum de anno vsuali. alterum de anno emergenti. Si enim cōputes primū annū dominice passionis a kalēd̄ ianuarij. qui est annus vsualis: tunc secūdo anno conuersus ē paul9 Si autem cōputes ab ipso die passionis. vsq̄ in sequentem diem passionis. qui cū annus emergens. in primo āno dn̄ice passionis conuersus est.

Quō ex mandato domini ananias visitat paulum.

ERat autem damasci discipulus quidā. i. xp̄ianus noīe ananias. et dixit ad illum visu. i. in visione dominus Anania. At ille ait. Ecce ego domine paratus sum tibi obedire. Ad quem dominus. Surge vade in vicum qui vocatur rectus. et quere ī domo iude saulū noīe tharsensem. Ecce. n. orat. forsan nomē proprīū hospitis sui erat iudas. vel forsan erat de tribu iude. vt sit sensus in domo iude. i. inter iudeos qui ibi erāt de illa tribu. vel in domo iude. i. in vico iudeorū. Vicus autem dicitur a vicinia ciuitatis. et dicit rabanus. vt proprie dicātur vici: vicina rura ciuitatis. hoc tamē et sepe alibi aliter accipitur. Et ne timeret ananias venire ad saulū quem nouerat acerrimū persecutorem xp̄ianor. addidit dn̄s. Ecce enī orat. q. d. Non est timendus. quia factus ē de saulo paulus. de lupo agnus. Et ego etiam reuelaui ei aduentum tuum. Jam enim vidit te in spiritu te introeuntem ad se. et imponentē sibi manus: vt visum recipiat. Tūc ait ananias dn̄e audiui a multis de viro hoc. quāta mala fecerit sanctis tuis ī iherusalem. et hic hēt ptātem a principibus sacerdotū

alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Ad quem dñs. Vade quoniã vas electionis michi est iste. i. vas electum in fornace tribulationis probatum. vt portet nomen meũ corã regibus et gentibus et filiis israel. et tu quidem baptizabis eum. sed non docebis eum. Ego enim solus docebo eum. et ostendam ei quanta oportet eum pati pro nomine meo. vt per multas tribulationes probetur vas electum. et mala que intulit sanctis: patiatur cũ sanctis. Abiit ananias et veniẽs ad hospicium pauli intrauit ad eum. et imponens ei manum dixit. Saule frater. dominus ihesus qui apparuit tibi in via qua veniebas. misit me ad te. vt videas interiori et exteriori a deo. et implearis spiritu sancto. i. vt spiritũ sanctũ plenus accipias: postea in baptismo. Et cõfestim ceciderũt ab oculis eius tamq̃ squame et visum recepit. Et surgens baptizatus est. Et cũ accepisset cibũ cõfortatus est. Et fuit cũ discipulis qui erant damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus synagogas predicabat dominũ ihesum. quoniã hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui audiebant eum: et dicebãt Nõne hic est qui psequebatur eos in iherusalẽ qui ĩuocabat nomẽ istud. et nunc ad hoc venerat. vt vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autẽ magis cõualescebat in xp̃o: et confundebat iudeos qui erant damasci. affirmans quoniã hic est xpristus.

De inuidia iudeor in paulum.

Qm autem complerentur dies multi ab aduentu pauli consilium fecerunt iudei vt eum interficerent. Ex eo q̃ dictum est. Cum complerentur dies multi. potest videri hoc non fuisse factum in primo aduentu damasci. sed in secundo. quia forte transiit in syriam et in ciliciam. et ibi predicauit.

et multos conuertit. Postea cum iterum veniret damascum. quia magis suscitauerat inuidiam iudeoꝝ. In secūdo aduētu damasci. statuerunt consiliū: vt eū occiderent. Sed notificate sunt ei insidie iudeoꝝ. et custodiebāt portas ciuitatis die ac nocte. vt eum dolo interficerēt. non iudei. sed ciues damasci cum rege suo aretha. vt ipse scribit in epistola secunda ad corinthios. Damasci prepositus gentis arethe regis. custodiebat ciuitatem damascenoꝝ: vt me comprehenderet ad petitionem iudeoꝝ. Discipuli autem eius nocte dimiserunt eū in sportam per murum. Et vide qꝫ in greco additū nō est eius. sed dictum est discipuli simpliciter. quia adhuc non habebat discipulos paulus. sed omnes xp̄iani tūc discipuli dicebant quia nondū inuentum erat hoc nomen xpistianus. Elapsus autē paulus a manibus damascenorū. venit in iherusalem. et uolēs se iungere discipulis domini. s. apostolis. sed omnes timebant eum non credentes: qꝫ ipse esset discipulus. Tunc barnabas leuites cyprius genere. qui vt supradictū est p̄ciū agri venditi posuit ante pedes apostoloꝝ. apprehensum illū duxit ad apostolos. et narrauit quō in via vidisset dominū. et quid locutus est ei. et quō in damasco fiducialiter egerit in nomine ihesu. Quos autem apostoloꝝ inuenerit in iherusalē in epistola ad galathas ostendit. s. petrum et iacobum ep̄m iherosolimoꝝ. cum quibus mansit. xv. diebus. Sicut ipse in epistola ostendit dicens. Deinde post tres ānos a cōuersione mea veni in iherusalē videre petrū. et mansi cū eo. xv. diebꝫ. Alium autem apostoloꝝ neminē inueni. nisi iacobum fratrē domini. Et erat cū illis. s. petro et iacobo. et alijs discipulis qui erant in iherusalē. intrās et exiens per. xv. dies. Deinde venit in partes syrie et cilicie et ibi loquebatur gentibus. Disputabat enim cum grecis. i. cum iudeis per grecos dispsis

Hec autem hystoria pre nimia sua breuitate cōfirmat. quasi totū in iherusalem factū sit. Ita enī procedit series hystorie. et erat cum eis intrans et exiens in iherusalem fiducialiter agens: in nomine domini. loquebat quoq; gētibus et disputabat cū grecis. Illi autē. i. iudei. conuersantes inter grecos cū quibus disputabat voluerunt eū interficere. Qō cū cognouissent frēs: deduxerunt eū cesareā. que ciuitas est palestine et inde dimiserunt eum tharsum. que est ciuitas cilicie. vnde ipse oriundus fuit. Postea redit hystoria ad petrū de actib⁹ diuersorum apostolorum. agens modo interscalari.

De curatione enee.

Factum est autē vt petrus dū predicando discurreret venit liddam Inuenit autē ibi hominē quendam noīe eneam paraliticum ab annis octo in grabato iacentem. Et ait illi petrus. Enea sanet te dominus ihesus crist⁹. Surge et sterne tibi lectū. qui nec etiam poterat de lecto surgere. Et continuo surrexit. et viderunt illum omnes qui habitabant lidde. et sarone. et conuersi sunt ad dominum. Erat autem in ioppe discipula quedam. i. xpristiana. que hebraice dicit thabita. grece autē dorchas. latine autē: damula vel capa. Super marcum autē habemus. quia thabita interpretatur puella. vnde thabita chumi interpretatum est. puella surge. Et secundū hoc diuerse sunt interpretationes nominis. Hec autē erat plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat et pcipue in consuendis vestibus pauperū: multum laboris īpendebat. factū est in diebus illis in quibus petrus venerat liddam. vt infirmata moreretur. Cumq; lauissent corpus in superiori cenaculo. et cum lidda esset prope ioppē. Discipuli

audientes quia ibi esset petrus. miserunt ad eū duos viros dicentes. Ne pigriteris venire vsq; ad nos: et non apuerūt ei causam. Exurgens autem petrus venit cum illis. Et cum aduenisset duxerunt eum in cenaculum. vbi iacebat mortua thabita. Et circumsteterunt illum omnes vidue flentes. et ostendentes ei vestes quas faciebat illis dorcbas. vt operis misericordie ipsam operam dedisse ostenderēt: et sic petrū ad compassionem cōmouerent. Tunc petrus omnes eiecit. non tamē perperam aliquid facturus. qō vellet alios latere. vt qui magicis artibus vel consilio demonum aliquid machinaret. Sed magistrū suum volens imitari. qui filiam archi sinagogi suscitaturus oēs de domo eiecit: paucis exceptis vel forte quia nonnulli erant visione miraculi digni eiectis omnibus foras. facta genu flectione orauit. et conuersus ad corpus: dixit. Thabita surge. Ac illa aperuit oculos. et viso petro recedit et dans illi manum erexit eam. Et conuocatis qui exierant. reddidit eis viuam Et notum factū est hoc miraculum per vniuersam ioppem. et multi crediderunt in dnm et moratus est petrus in ioppem multis diebus apud symonē coriarium. vel curialium. vel a corio. vel a curia. quia forte curialis erat. ideo dictus est coriarius quia parabat coria.

De cōmendatione cornelij.

Vir autē quidam erat in cesarea nomine cornelius centurio cohortis. qui dicebatur ytalicus. quia missus fuerat a roma ciuitate que est in ytalia. quia romani imperatores mittebant milites suos per ciuitates ad custodiendas munitiones. Et erat religiosus et timens deum. Religiosus supra gradum timoris. habens itaq; gradum religionis id ē

pietatis quia in graduali aſcenſu duorum ſpiritus ſancti: gradus pietatis ē ſupra gradum timoris. Inquantum ergo religioſus ſupra gradum timoris. Inquantū timens deū infra gradus religionis. vt nomine religionis intelligas ſpiritum pietatis. Erat inq̄ religioſus cū omni familia ſua que religioſa erat. et timorata faciens elemoſinas multas plebi nō acceptor perſonarum. Iſte cum eſſet quaſi hora nona diei. vidit in ſpiritu manifeſte. i. manifeſta viſione. non per ſomnium vel in extaſi. angelum dei introeuntē ad ſe et dicentem ſibi. Cornneli. At ille intuens in eum timore correptus dixit. Quis es dñe. ad quem angelus. Orationes tue et elimoſine tue aſcenderunt in memoriā in conſpectu dei. Et nunc mitte viros in ioppē. et accerſi ſymonē quēdam qui cognominat⁹ eſt petrus. Hic hoſpitatur apud ſymonē quēdam coriarium cuius domus ē iuxta mare tyrrenū. quia ioppe ciuitas terre promiſſionis. erat mari tyrreno proxima. et ī ipſius oriētali littore poſita. et ex parte littoris ſita. erat domus ſymonis coriarij hoſpitis petri. Hic īquit dicet tibi: quid te oporteat facere. Ecce cornelio dictū eſt ab angelo. Voces tue exaudite ſunt. Unde conſtat eum tunc fidem habuiſſe. quia in hoc conſonant ſancti. q̄ merito fidei venit ad opera: nō viceuerſa. Nondum tamen credebat xp̄m incarnatum. quia de tempore incertus erat. ignorans an iam incarnatus an adhuc incarnandus. non tamē ſuberat falſitas fidei eius. quia cum fidem incarnationis haberet. ſalua fide poterat eſſe in ambiguo. an iam veniſſet. an adhuc in carne venturus eſſet. quia non nullos ſanctorum patrum latuit xp̄iſtū natum eſſe. Poſtea q̄ natus ē vt ſymonē vſq; in quadrageſimū diē natiuitatis. non tn̄ putandum eſt eos fidem incarnationis mīme habuiſſe quia tempus non eſt de articulo fidei. īmo cum nondum eſſet

eis predicatum vel inspiratum. qp iam natus esset salua fide licuit eis esse in ambiguo. an iam natus esset. an adhuc esset nasciturus. Cum discessisset āgelus a cornelio vocauit duos domesticos. et militem metuentem dominū. qp de domesticis non est dictum. quia constabat familiam eius religiosam esse et timoratā. Quibus cū narrasset singula: misit eos in ioppē.

De visione petri.

POstera autem die iter facientibus illis: et appropinquā tibus ciuitati ioppe. uel apparentibus scōm aliam litte ram. vt iam possent videri de hospicio petri. s. de domo symo nis coriarij. ascendit petrus ī superiori cenaculo hospicij sui circa horam sextam vt in secreto oraret. et post orationem comederet: quia tempus erat comedendi. et ipse patiebatur esuriem. et parantibus prandium ministris et cum ipse esset in oratione: cecidit sup eum extasis. quia domino operante passus est alienationē mentis. ita vt non vteretur sensibus humanis. et in huiusmodi extasi vidit celum apertum. i. aerē et de aere aperto descendens vas quoddā vel lintheum mag num de celo summitti in terram quatuor lintheis vel licijs vel micijs. que littera verior est. Dicuntur autem micie funi culi molles. quibus circumligantur puerī in cunabilis facti de stupea materia. vel de serico ad opus nobilium. videbatur ergo ei vas illud lintheum. iiij. micijs. quatuor cornibus alli gatis in aere appensum. et ita demitti in terram. et in eo esse omnia genera animalium. quadrupedia. serpentia terre. Et cum esuriret: facta est ad eū vox dicens. Surge petre. macta et manduca. Ac diceretur ei in spiritu. Transi ad gentes. et occide in eis vicia. et sic ad ecclesiam in corpora. Absit

inquit domine. quia nunq̄ manducaui cōmune. t. īmundum Et est ydeoma hebreorum reputantium cibos immundos. quibus cōmuniter vtebantur gentes. vnde eos vocabāt cō/munes: quasi īmūdos. Abhorruit ergo petrus. quod dictum est. manduca. quia ostensa ei fuerant quadrupedia et serpē/tina secundum legem immunda quia graue videbatur ei vti cibis in lege prohibitis. et maxime timebat reprehētionem iudeor. si vteretur cibis gentilium. et ideo ne illa abhorreret facta ē vox secundo ad eū dicēs. Q̄ deus purificanti cōmune ne dixeris. q̄ cōstat ei spiritualiter fuisse dictū de gentibus. iam in dei p̄sciētia p fidem purificatis. de quar purificatione instruxerat petrum. Vox prima facta est ad eū dices. Occide et manduca. Cum autem ostensa fuissent ei serpentina terre cōstat ea nō fuisse a deo purificata. nec alicui siue iudeo siue gētili ad comedendum munda. Hoc autē factū est ei per ter. s. vas semel iterato. et tercio in terrā demissum. et vox ter au/dita est pro commendanda veritate visionis. Nam vt dicit ambros in cathecismo fit trina iteratio. s. credis in deum. ab/renuncias sathane. vis baptizari. Similiter tercia inunctio in frōte. in scapulis. in pectore. In baptismo fit trina īmersio Post trinam vasis ostensionem. receptū est vas in celū. Et dū intra se cogitare cepisset petrus quid sibi vellet hec visio Ecce tres viri qui missi fuerant a cornelio. īquirentes domū symonis coriarij steterūt ad hostium querentes si symon qui cognominatur petrus: illic haberet hospicium. Et cogitāte petro de visione: dixit ei spiritus sanctus. Ecce tres viri que runt te causam tamen cur eum quererent ei subticuit. quam postea ipse ab eis quesiuit. quia ad conseruandam humili/tatem aliquando prophecie spiritus ex parte animum tangit et ex parte non tangit. Surge inquit et descende. et uade eū

eis nichil hesitans. quia ego misi illos. Descendens autem petrus ad eos dixit. Ecce ego sum quē queritis. Que causa est pro qua venistis. Ad quē isti. Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum. et testimonium habens ab vniuersa gente iudeoꝝ. respōsum accepit a spiritu sancto: vt accerseret te in domum suam. et audiret verba vite a te: et introduxit eos in hospicium suum. et fuerūt cum eo nocte illa. Sequēti autem die profectus est cum illis. et quibusdā fratribus qui eum comitati sunt ab ioppe. vt ei testes essent.

Quomodo petrus venit ad cornelium vocatus.

Altera autem die secunda ab ingressu de ioppe: itroiuit cesareā. Cornelius uero exspectabat illos conuocatis cognatis suis et amicis necessariis. Amici necessarij dicūt qui non deserunt hominem in articulo necessitatis. Et cum vidisset petrum: obuius occurrit ei cornelius. Et procidēs ad pedes eius. adorauit eum ipso gestu corporis exprimens deuotionē mentis. Petrus vero eleuauit eum dicens. Surge ergo quia homo ego sum vt tu. Et cū multi adessent cognati .s. et amici conuocati locutus ē eis petrus dicens. vos scitis q̄ abhominabile sit viro iudeo accedere ad alienigenā. Sed ostendit michi deus nullū hominem īmundum esse. propter qđ sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo ob q̄ causam accersistis me. Ad quid cornelius anudius. quarta die orabā hora nona in domo mea ac si diceret. Quarta die ab hac hora. s. innouationem diey: Prima enī die vidit angelum et misit nuncios. Secūda die venerūt nuncij in ioppē. Tercia profectus est petrus cum eis. et illa nocte remanserūt in via. Quarta: venerūt cesaream. Et ecce inquit vir stetit

ante me in veste candida. et ait. Cornelī exaudita est oratio tua: et elemosine tue a deo recepte. Mitte in ioppem et accersi symonem qui congnominatur petrus. Et statim misi ad te et tu benefeciſti veniendo. Nunc ergo omnes in conſpectu tuo adſumꝰ prompti obedire tibi ī omnibus quecumꝙ precepta ſunt tibi a domino. Tunc petrus aperiens os ſuū dixit. Nūc in veritate comperi quoniam non est personaꝝ acceptor deus: nec diſcernit inter iudeos et gentiles. ſed in omni gente qui timet illum. et qui operatur iuſticiā acceptꝰ eſt illi. Vos ſcitis qꝙ iohannes predicauit ihesum a nazareth ſcitis etiam qꝙ factum est verbum. i. predicatio euangelīj per vniuerſam iudeam incipiens a baptiſmo iohannis quo baptizatus est ihesus. poſtea proſequens quomodo vnxit eū dominus ſpū ſancto et virtute. qui pertranſiit bene faciendo et ſanando oēs oppreſſos a dyabulo. et nos teſtes ſumus omnium que fecit in regione iudeorum. et qꝙ eum ſuſpēderent in ligno. et tertia die ſuſcitatus a deo cuius nos teſtes ſumus qui manducauimus et bibimus cū illo poſtqꝙ reſurrexit a mortuis quibus precepit predicare populo et teſtificari. quia ipſe ē qui conſtitutus est. a deo patre iudex viuoꝝ et mortuorum. quia pater dedit illi omne iudicium. Nec nos ſoli ſed etiam omnes prophete illi teſtimonium prohibent. quia omnes per nomē eius remiſſionem peccatorum accipiunt qui credunt in eum

Qō baptizauit cornelīū et oēs qui cū eo erant.

Adhuc loquente petro verba hec: cecidit ſpiritus ſanctꝰ et deſcendit ſuper omnes qui audiebant verbū. Vtrū aūt in igneis linguis vel in alia viſibili ſpecie deſcēderit. incertum nō est. Et obſtupuerūt oēs qui erant cū petro. fideles

de circumcisione. quia etiam ī nationes. i. in gentiles gratia spiritus sancti. effusa est. Audiebant autem illos loquentes linguis et magnificantes deum: Tunc respondit petrꝰ. Nūquid aqua quis prohibere potest ut nō baptizentur hij qui spiritum. sanctum acceperunt sicut et nos: ꝙ maius ē q̄ baptizari? et iussit eos baptizari. in nomine xp̄i subticiēs formā baptismi a domino traditam pro dilatatione nominis cristi in quo noīe ītelligitur ipse qui vnctꝰ. et pater a quo vnctꝰ et spiritus sanctus quo vnctus est. Tunc rogauerunt eum. vt maneret cum eis. et mansit rogatꝰ cum eis aliquot diebꝰ in quibus primo creditur vsus fuisse cibis gentilium. Unde postea redargutus est. et delatū est vsq̄ ad fratres qui erant in iudea. quia gentes receperant verbum dei. et hic fuit primus transitus perticularis apostolorum ad gentes in quo conuersus est cornelius cum familia sua.

Quomodo redargutus est a cristianis hebreis.

Cum aūt ascendisset iherosolimā disceptabāt aduersus eum fideles de circumcisione dicentes. Quare introisti ad viros preputium habentes et manducasti cum illis. q. d. In duobus contra legem fecisti. s. ꝙ intrasti ad illos. et quia cibis eoꝝ cum eis vsus es. Tūc īcipiens petrus exposuit per ordinē ostensam sibi a domino visionē. et quomodo apparuerat angelus cornelio. et in tota ꝑsecutione non addidit nisi verbum vnum vbi dictum ē cornelio. Mitte et accersi symonem. qui cognominatur petrus. vbi addit. Qui loquit̄ tibi verba ī quibus saluus eris tu: et vniuersa domus tua. et ex eo ꝙ statim subdit. cecidit spiritus sanctus super. eos: sicut et in nos ab initio presumitur. quia super cornelium et familiā

suam descendit spiritus sanctus in liguis igneis. sicut descen derat super apostolos die penthecostes. Et tunc inquit recor datus sum verbi domini qꝫ nobis dixit. Johannes quidem baptizauit aqua. nos autem baptizabimini spiritu sancto. Videntes autem hoc impletum in cornelio et in familia sua et audita petri excusatione multiplici destiterunt ab increpatione eius. et gratias egerunt saluatori. et ita impleta et prophecia iob ab aquilone veniet auster. et ad deum formidolosa laudatio .i. pro congelatione infidelitatis gentiles comperabiles aquiloni. qui in tenebris erant. i. in cecitate animi percipient lucem fidei. quarum illuminatione dirigit ad deū formidolosa laudatio. quia pro inopinata et repētina gētiū conuersione. fideles de iudea timentes glorificauerunt deū.

De continuatione hystorie.

NUnc redit hystoria ad ordinē suū. qꝫ enī inter sertum ē de philippo petro et iohāne et paulo. postꝫ supradictū est. vt qui dispersi erant pertransibant euangelizantes verbum dei. quasi incidens fuit. prosequitur ergo in hunc modū et illi qui dispersi erant a tribulatione que iceperat a morte stephani perambulauerunt vsqꝫ ad phenicam prouintiam syrie occidentalem et cyprum nemini loquentes verbum nisi solis iudeis. Erant autem quidam cum eis de cypro et cyrene qui cum introissent antiochiam loquebantur ad grecos annuntiantes dominū ihesum. et erat manus dñi cum eis. et multus numerus credentium conuersus est ad dominū: Super hunc locū dicit beda quia post reuelationē sindonis cepit ecclesia crescere. Unde conicitur qꝫ specie sindonis. vel linthei vidit petrus in visione. cum alibi dicatur fuisse vas alibi discus.

delatū ē ad aures ecclesie qui erat iherosolimis de cōuersione antiochenorum. et volentis plene certificari. miserunt barnabā in antiochiam. Qui cum venisset et vidisset gratiam domini gauisus est. et exhortans omnes vt in proposito cordis manerēt in domino. quia erat vir bonus spiritu sancto et fide plenus. Et dicit sup hunc locum raband. barnabam ideo multipliciter commendatum. ne putetur pro indignitate sua amisisse apostolatū. Et erat rabanus in ea opinione. sed scōm quam dicitur barnabas ille super quem proiectus est sors cū mathia. postea tamen cum paulo in apostolatum electus est Nos aliam sequimur opinionē. Videns autem barnabas q̄ non sufficeret ad erudiendam tantam multitudinem venit: tharsum vt quereret saulum. et iuentum perduxit antiochiā et per annum conuersati sunt ibi. et docuerunt turbā multā. et tunc primo sequaces cristiane religionis a cristo capite denominati sunt cristiani. qui prius dicebantur discipuli. Et fuit institutio gentilium satis elegans. Visum est. n. īcōgruū et indecēs gentilibus ad fidem cōuersis sequaces religionis cristiane communi nomine censeri. Sed potius denominandos esse a nomine magistri sicut in sectis philosophorum sequaces denominabantur a nominibus magistrorū. vt ab epicuro epicurei. In illis autem diebus superuenerunt prophete ab ierosolimis antiochiam. et surgens ex eis vnus nomine agabus prophetauit per spiritum sanctum famē futuram in vniuerso orbe terrarum. et maxime in iudea. que facta est sub claudio. s. quarto anno claudij.

De collecta facta pauperibus.

Tunc proposuerunt discipuli facere collectam vt daret vnusquisq; pro modulo sue facultatis. et mitteret aliquid

pauperibus qui erant in iherusalem qui venditis omnibus posuerunt precia ad pedes apostolorū vt premunirent eos cōtra famē. Et tunc primo facta est collecta in vsus paupeꝝ que missa est per barnabam et paulum in iherusalem.

De morte iacobi maioris.

EO tempe misit herodes rex manꝰ vt affligeret quosdā de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio. Vt autem intelligatur locus iste. de quo. s. herode sit hoc accipiendum expedit ad tempus pretermittere hystoriā actuum. et prosequi hystoriam romanorum imperatoris. Nō est putandum hunc fuisse herodem tetrarcham qui cognominatus est antipas. sed herodem agrippam. Ille enim non fuit rex. sed tetrarcha ille. s. filius magni herodis qui cōsensit pylato de nece domini. qui remisit eum ad pylatū indutū veste alba. qui iam deportatus fuerat mennam in exiliū. et ibi mortuus est. pylatus quoqꝫ iam mortuus erat. qui vt a principio huius hystorie pretaxatum est. Anno nonodecimo imperij tyberij cesaris erat procurator iudee vitellio preside syrie. et accusatus est in multis apud tyberium. Accusatus est enim a iudeis de violenta innocentū interfectione. Accusatus etiā qꝫ iudeis reclamantibus ponebat ymagines gentilium in templo. Accusatꝰ ē etiam quia pecuniam repositam in corbanā redegerat in suos vsus inde faciens aqueductum in domum suam. et pro hijs omnibꝰ deportatus est in exilium lugduni vnde oriundus erat. vt ibi in obprobriū generis sui moreret. Vide quia misach erat archa in qua reponebantur donaria regum vel principum. Corbanā in qua reponebantꝫ donaria sacerdotum ad reficienda sarcatecta templi. Gazophilatium

in qua reponebantur donaria transeuntium.

Quis fuerit procurator substitutus pylato.

Mortuo pylato substituit vitellius fratrem suum procuratorem iudee. et volens placere iudeis. satisfecit voluntati eor in quibusdam. s. de cōmutatione cayphe. et promotione filij āne. quia ad eorum peticionē amouit cayphaam a sacerdotio. et substituit filium anne qui iam mortuus erat. Reddidit ei stolam suam illam. s. solempnem. et antiquā quā debebat habere sacerdos in potestate sua. vt ea vteretur in festiuis diebus. pylatus vero transtulerat eam in domū suam et cum ī festiuis diebus necessaria erat sacerdoti non poterat eam habere nisi precio p̄cedenti. Tempore tyberij mortuus est philippus tetrarcha ithuree et trachonicidis regionis frater herodis tetrarche mortuus ē et lyzamas tetrarcha abiline et ita vacabāt due tetrarche. et aspirabat herodes ad alterā eaz

De proposito herodis agrippe.

Erat aūt herodes agrippa vir magnanimus et bellicos? sed paupri? nepos herodis tetrarche. et frater vxoris ei? herodiadis. fuit enī filius aristoboli filij magni herodis et ipsa filia eiusdem. Disposuit ergo venire romam si forte posset impetrare a tyberio alteram tetrarchiam vacantium. Cumq3 venisset romam videns eam tyberius militem strenuissimum tenuit eum secum. et fecit vt adhereret filio suo druso. cui iam in vita sua tradiderat īperiū. nec iste drusus ē ille qui dormit magūtie. Erat autē herodes agrippa vir magne liberalitatis. et vt sibi reconsiliaret animos romanorum

multa expēdebat. et multis debitis se obligabat. et vt tradit iosephus non fuit homo in quo mutabilitas fortune adeo posset deprehendi. primo in hoc male contingit ei quia mortuus est drusus filius tyberij. de cuius morte adeo inconsolabiliter doluit tyberius vt omnes a presentia sua amoueret. qui familiariter adheserant druso. ne reducerent ei ad memoriam mortem eius. et compulsus est herodes agrippa redire ī iudeā et desperans pre nimia pauptate intrauit turrem. vt ibi affligeret famem et ita moreretur. qp significauit vxori sua sorori eius herodiadi vxori herodis tetrarche. que supplicaut viro suo: vt reuocaret eū a turre. et donaret ei necessaria et acquireuit ei. et statuit eum in tyberiade. et ibi assignauit ei domū et dedit ei necessaria vite. et quodam die cum esset herodes tetrarcha ī tyberiade et epularetur. factō hylarios solito quia incaluerat mero. cepit īproperare beneficia sua que. cōtulerat ei. s. qp liberauerat eū a peste famis. Et doluit inde agrippa vltra modum et disposuit iterum redire ad tyberium si forte inueniret animum eius īmutatum. Et in reditu eius inuenit eum tyberius. et honorifice receptus est ab eo et venit cum eo romā. Et cū haberet tyberius duos nepotes. alterū de filio druso. s. tyberiū et alterū de fratre germanico. s. gaium. volebat sibi substituere filiū filij. quia magis diligebat eum.

De causa inuidie tyberij et herodis agrippe.

HErodes enim agrippa magis diligebat gaium. et familiarius adherebat ei. Vnde sibi incitauit īdignationē tyberij latentem. quia nūdum iudicabat ei. sed latens odium in corde reseruabat. Quadam autem die cum sederet agrippa in curru cum gaio. leuatis manibus in celum dicebat. Vtinā

viderem mortem ĩportunij senis. et te dominum tocius orbis quia ydoneus erat ĩperare vniuerso orbi. Et hoc audiuit quis piam. s. auriga ipsius agrippe. Qui postea cũ rebus domini. sui. aufugiẽs captus est et vinculatus et dum traheretur ad carcerem pecijt duci ad imperatorem dicens quia in aure loqueretur ei ꝙ esset ad eius vtilitatem et presentatus ẽ imperatori. et dixit cõsulto quia sic optauerat agrippa mortem eius et dominium gaij. Tyberius vero non multum curabat verba vinculatorum et detrusus est ille in carcerem. Et cum sepe instaret agrippa vt iudicaretur et occideretur: respõdebat tyberius. frater sufficiat tibi ꝙ vĩculatꝰ est et ita differebat quia vt refert iosephus in omnibus negocijs suis morosus erat. Vnde cum statueret procuratores in prouĩtijs: vix aut nunq̃ mutabat eos ꝙ cum sepius quesitum esset ab eo. quare .s. non mutaret procuratores. Respõdebat se in hoc parcere plebecule. Scientes. n. procurateres se ad modicum tempus habere procurationem emungunt vsq; ad sanguinem et tãto dominant̃ grauius quãto breuius et qui recentes supueniũt dissipant quitquid inueniunt. qđ ostendit exemplo cuiusdam vulnerati. qui cũ iaceret in via et non amoueret multitudinẽ muscaꝝ a vulnere. Alter supueniẽs putauit ꝙ hoc omitteret ex ĩbecillitate. et abegit muscas qui operuerãt vulnꝰ. ad quẽ ille. Malefecisti michi quia musce quas amouisti iam plene erãt sanguine et parcius molestabãt me. Que aũt supueniẽt recẽtes. acrius pũgent me. Sic et procuratores vel officiales recẽter substituti: acrius ĩ subditos deseuiũt.

In quibus herodes offendit tyberium.

Cum quadã die more solito incitaret agrippa tyberium vt traheret̃ auriga suus de carcere. Respõdit tyberius

idipsum ei non expedire cum in presentia ipsius vellet eum vinculatus accusare. Et cū in nullo sibi cōscius esset testat⁹ est agrippa se velle vt extraheretur et accusaret eum. Educt⁹ ille de carcere arguit eum de crimine lese maiestatis. quia orauerat mortem imperatoris. Tūc ait tyberius carcerario liga hunc. Intellexit carcerarius. Hoc preceptum esse pro eo qui eductus fuerat de carcere ligatum retrusit ī carcerem. Quadā autem die cum ambularet tyberius in ypodromio. i. in curru equorum et teneret agrippam per manum īuocato carcerario dixit ei. Liga hunc et mirat⁹ ē ille et vniuersi: qp preciperet agrippam ligari. Cum purpuratus īcederet quia erat de regio semine. Cum autem duceretur agrippa ad carcerem. patiebat intollerabilem sitim quia splēdide cōmederat et sorte occurrit ei portator aque et dedit ei bibere. et post qp refocillatus est promisit ei qp ī proxīo remuneraret eū in regno gaij. cōfidēs qp in proximo gaius esset regnaturus et positus ē in carcere manens. Quadam autem die dum staret īnixus arbori cui⁹ frondibus insidebat bubo accessit ad eū vnus de cōcaptiuis et locutus est ei. Noli inquit estimare qp adulando loquar tibi. cum sis cōcaptiu⁹ meus. Volo enim indicare tibi qp indicauerunt michi dij. Erat enim peritus in augurijs. Cito inquit liberaberis a carcere in tantū honorem sublimaberis quod etiam amici tui tibi inuideant omnes. et in hac prosperitate morieris. relinquens bona tua filijs tuis. Quando autem huius generis alites videris amplius super te. scito quia quinta die morieris.

Quomodo herodes agrippa liberatus ē a morte tyberij.

Dum autē esset herodes agrippa in carcere. deferebat ei dūs carceris. sciens eū virum nobilē et familiarē gaij.

et sustinebat tamq̃ ignorans multas cõmoditates in carcere sibi fieri ab amicis suis. et fuit ĩ carcere p. vi. mẽses. postea cum esset tyberius apud caprias: cepit infirmari in qua infirmitate mortuus est: et si alibi legatur mortuus: non est curãdũ vbi mortuus sit. Videns autem se moriturum cõuocatis nobilibus imperij sui. et duobus nepotibs suis gaio et tyberio. statuit vt in crastino substitueret sibi successorẽ. Sed prius voluit consulere mentem deorũ. Et orauit deos suos vt intimarent mentem suam. quem nepotem suoꝝ vellent substitui imperio. Et statuit apud se vt illũ qui prius veniret ad eum in crastino: constitueret imperatorem. vt ita quasi per sortẽ eligeret. Tunc significauit tyberio vt prior veniret. Qui mane noluit venire nisi pransus. Et cum mitteret tyberius nuncios ad nepotes suos non inuenerunt nisi gaium. Et venit gaius prior ad tyberium. Quem iudeus tyberius fleuit amare dolens ꝙ alter non venerat. Quẽ volebat substituere quia tenerius eum diligebat. sed dissimulabat. Et locutus est ad eum tyberius fili. tu succedes michi in imperio ꝙ pocius debebat. tyberio quasi hereditario iure tamq̃ filio filij. Sed ego video te vtilem imperio. et noui mẽtes deoꝝ. Caue ergo ne molestes eum. sed semper habeas eum tamq̃ fratrẽ. Satage vt negocia imperij sapienter disponas. et exequias furius mei impiali honore perficias. Et conuocatis nobilibꝰ denunciauit eum imperatorem et mortuus est. Et statim aliquãtulũ insonuit fama in ciuitate romana. de morte tyberij. Et venit quid hebreus amicus herodis agrippe ad carcerẽ et hebraice dixit ei. Mortuus ẽ leo. et cepit agrippa mirabiliter gratulari. adeo vt quereret ab eo dominus carseris qui esset causa tante exultationis. et confessus est quia ille signauerat ei hebraice mortem tyberij. Et statim dñs carceris liberauit

cum et statuit collateralē in mēsa. In crastino insonuerūt alij rumores. s. ꝙ tyberius cōualuerat. et tercia die romā vēturꝰ erat. Tunc arguit eum dominus carceris. quia deceperat eū timens ne in caput eius redundaret. quia liberauerat eum. et mirabiliter verberauit eum. et retrusit in carcerem. postea increbuerūt certi rumores de morte tyberij. et substitutione gaij. et venit gaius romam. et sepeliuit tyberium honorifice et ipsa die voluit agrippā liberare. sed. dissuasum ē ei. ne videret facta tyberij in irritū subito velle reuocare. postea per aliquos dies liberauit eū et sublimauit eū. Dedit eī ei duas tetrarchias. s. tetrarchiā philippi qui erat tetrarcha ithuree et trachonicidis regiōis. et tetrarchiā lysame qui erat tetrarcha abiline. et īposuit ei diadema. et sublimatū ī regē remisit in iudeam. et inuiderunt ei oēs propinqui eius. etiā soror sua herodias que miserata fuerat īfelici modo. īuidet felici. p̄cipue quia habebat nomē regis. quia vir suus erat maior natu filiꝰ magni herodis. et numq̄ meruit rex appellari. sed tetrarcha. p̄suadebat itaq̄ viro suo de die ī diē vt iret romā et satageret omnibꝰ modis. vt sibi cōparet nomen regis. At ille malebat esse in ocio. quia opulentus erat. Unde sepe exasperata vxor eius dicebat pereant opes tue. quia tu diligis magis opes q̄ honorem. Tandem victus instantia vxoris iuit ad gaium cum magno apparatu et ipsa cum eo. et inuenerunt gaiū baijs Herodes aūt agrippa qui p̄senserat. ꝙ nō pro bono suo issent: disposuit ire post eos. sed p̄misit nunciū quēdā familiarē sui et amicissimū gaij p quē direxit epistolā gaio. ī qua cōtinebat qꝛ herodes tetrarcha etiā viuēte tyberio firmauerat amicicia cū rege parthoꝝ. vt eēt rebellis romano impio. Et in argumentū huꝰ rei significauit ei quia ī ciuitatibus suis habebat tantā copiam armoꝝ. que sufficeret. lxx. milibus viroꝝ.

Qd gaius mandauit statuam suam erigi in templo.

Cumqꝫ venisset herodes tetrarcha et herodias vxor sua ad gaiū. et satis honoriofice accepisset eos. superuenit nūcius herodis agrippe et porrexit epistolā gaio ex parte herodis agrippe. Perlecta epistola gaius quasi alienū īcipiens cepit querere de statu herodis tetrarche et īter cetera quesiuit ab eo vtrum in ciuitatibus suis tanta esset. copia armorum quantā audierat: et non negauit. Et tunc credens gaius verꝫ esse qd signauerat ei herodes agrippa relegauit eum in exiliū Vxori autem sue quia erat soror herodis agrippe quē maxīe diligebat dedit libertatem redeundi vt haberet terram suam. Ipsa autem comitata est virum suum in exilium dicēs ꝙ nō dimitteret eum in aduersis. cui cōmunicauerat in prosperis et deputati sunt exilio lugdunum. vbi postea miserabiliter mortui sunt. Et dedit gaius galileam quā habuerat herodes tetrarcha herodi agrippe. et ita habuit agrippa tres tetrarchias. Fuit aūt gaius in initio imperij sui per bienniū satis mansuetus. Postea euanuit cor eius in elatione: et in tantā prorupit vesaniam. vt ab vniuersis hominibus imperij sui vellet coli tamq̄ deus. et dicebat se esse fratrem iouis vnde etiam filiam vnicā quam habebat ponebat īter genua iouis vt ita quasi cōmunis vtriusqꝫ videret. Postq̄ egressa fuerat de genibus iouis. Misit ergo ymaginem suā per vniuersum imperiū suum vt omnes adorarent eam. et sic fecerūt omnes exceptis iudeis. Vnde cum in alexandria ciuitate orta esset sedicio inter iudeos et gentiles. et venisset vtraqꝫ pars ante gaium vt discuteret controuersia inter ceteras allegationes quas habuerunt gentiles contra iudeos hoc obiecerūt eis. qꝛ dominum suum quē cōmuniter oēs gentiles receperant ipsi

inhōrabāt. Quia ymaginē gaij nolebāt adorare. et tūc primo sciuit gaius quia iudei non adorabāt ymaginē eius. Significauit ergo petronio p̄sidi syrie. vt statuā suā poneret in tēplo in iherusalem. vt facilius reciperent eam ī circumstantibus ciuitatibus. Q̄ō si forte iudei reclamarent. collectis romanis regionibus intraret iudeam et nemini parceret manus eius. Collecto ergo petronius exercitu intrauit iudeā. Et venerūt ad eum iudei de iherusalem cum amicis herodis agrippe. qui erat precordialis amicus gaio. et supplicauerūt ei. ne ad hoc eos artaretur. quia prius permitterēt se occidi. et parabant vigulos. Dicebant etiam q̄ nūq̄ amplius colerent terram. vt sic in edia afflicti morerētur. Et respondit petronius non de consilio suo hoc processisse. sed non audebat resistere mandato imperatoris. Videns tamen quia grauem iacturam incurreret gaius si amitteret tributa totius iudee. promisit q̄ se opponeret gaio pro eis et misit epistolā suam gaio per viros honoratus. vt desisteret ab hoc mandato. Qui cum veniissent ad gaium non sunt ausi presentare se conspectui eius. Sed accesserunt ad herodem agrippam. vt subueniret iudeis quia vna de tetrarchijs suis. s. galilea in iudea erat.

De morte gaij imperatoris.

Q Vnc herodes inuitauit gaiū vt in crastino comederet cum eo. et cum in crastino esset in conuiuio admiratus est delicias cōuiuij. Et cepit memorare gaius quanta fuerat passus pro eo herodes. s. vincula tyberij et alia multa. Et p̄cepit ei vt peteret quitquid vellet. et daret ei. At ille respōdit ei sibi sufficere gratiam eius. Et cū ille instaret vt aliquid peteret ab eo petijt ne poneret statuā suā in tēplo in iherusalē

Et irat9 ē gaius tamē considerauit animositatē agrippe. quia noluerat opes vel honores petere: acquieuit ei. et scripsit petronio in hunc modum. Si nundum posita est statua in tēplo nō est necesse vt ponat. et sic nō posita ē ei9 statua in tēplo. Postea resipiscens gaius scripsit petronio in hunc modum. Quia contempsisti mandatum īperatoris. et pocius dilexisti munera iudeorum. elige tibi genus mortis qđ vis. vt discant omnes non esse tutum obuiare mandato imperatoris. et deo p̄curāte ita factum est. vt prius audiret famā mortis eius q̄p̄ videret nuncios huius legationis. Cum enim esset rome et rediret a ludis circensibus. consilio senatorū interfectus est a duobus et orta est dissensio in ciuitate iter curiā et milites et populum. Curia dicebantur senatores et viri et cōsulares .i. qui erant de genere consulum. vel digni vt fierent cōsules Quia ergo viderant senatores seuiciam imperatoris. et incōmoda que contigerant inde reipublice voluerunt penitus extirpare imperium ab vrbe. Et voluerunt illud redigere ad antiquū statū in quo erat ante iulium cesarē vt esset regimē ciuitatis in arbitrio consulum et senatoy. Econtra milites et populus timētes auariciā senatoy. et amātes donatiua imperatoris. constituerūt imperatorē claudiū auunculum gaȳ. virū mansuetū et pium.

De claudio.

Onc venit herodes agrippa ad senatores ducens secū de nobiliorib9 qui erāt ī curia. similans se fauere pti eorum cum haberet eos exosos. propter mortē gaȳ. Cōsuluit ergo eis vt significarēt claudio ne moueret scisma ī ciuitate et desisteret ab hoc incepto. Et senatores rogauerunt herodē vt pergeret cum eis ad claudium. Et confessus est se fungi

libenter hac legationem. Et missus est ad claudium cum alijs et eis audientibus dixit ei qō dixerat coram senatoribꝫ. s. ꝙ vellet claudius desistere ab īcepto. In aure aūt dixit claudio vt non desisteret ab incepto. quia ipse satageret vt maior pars nobiliū faueret parti eius. et renūciauit senioribus ꝙ nollet claudius desistere ab incepto. et cepit eis persuadere ne contra irent quia non possent impedire. et allexit quos. lā et tādem omnes. et ita sine cōtradictione factus est claudius imperator. et persuasione herodis agrippe omnes occisi sunt qui cōsenserāt ī morte gaij. Et pecijt herodes agrippa decretū gaij. de statua sua adoranda reuocare in irritū. quia impium erat. et acquieuit ei. Et p̄cepit vt epistola reuocationis per singulas ciuitates iudee poneret in loco eminenti. vt videret ab omnibus.

Quō occiso iacobo voluit apprehendere et petrum.

Postea voluit herodes accipere licentiam a claudio. et redire ad propria. et tunc claudius dedit ei quartam detrarchiam. s. iudeam. et sublimatus est rediens ad propria. et venit primo ī iudeam. et honorifice susceptus est a iudeis quia in multis iuuerat eos. Et cū prope essent dies azimoꝝ venit in iherusalem. ante diem festum. vt purificaretur. et mūdus īteresset diei festo. et āte dies azimoꝝ occidit iacobū fratrē iohannis. postea in diebus azimoꝝ videns quia placeret iudeis. apposuit vt apprehenderet et petrū. De iacobo aūt refert clemens alexandrinus. quia cum detrusꝰ esset ī carcerē nocte conuertit ad fidem custodem suū. et in crastino. cōfessus est se esse xp̄ianum. Et cum detraherentur ambo ad martiziū dixit iacobo. pater: da michi remissionē. At ille parūper deliberans: ait. pax tibi. et osculatus ē eum. et simul duo capite

detruncati sunt. Petrū aūt apprehensum misit herodes in car cerē quia in diebus azimoz non licebat aliquē occidi. et p̄ter custodes carceris tradidit eum custodiendum quatuor qua ternionibus militum. volens post pascha eum producere po pulo. vt ipse populus occideret eū nō ipse herodes vt iacobū quia magis videbatur eis glorioſum. si ipſi occiderēt eū qui erat princeps apostolorum.

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis

Qm autē in crastino producturus eum esset herodes populo. ipsa nocte erat petrus dormiens īter duos mi lites. vinctus cathenis duabus. que adhuc rome esse dicuntur et custodes iacentes ante hostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris. et miraculo se factum est. vt solus petrus videret lu mē percussoq; latere petri excitauit eum dicens. Surge velo citer. et statim ceciderunt cathene de manibus eius. due que adhuc rome esse dicuntur. Et dixit āgelus ad eū. p̄cingere et calcia te caligis tuis. Deposuerat enim cingulum propter mo lestiam carceris vt tunica circa pedes demissa tēperaret frig? noctis. in quo datum est exemplum sanctis viris quia in an gustijs licet aliquid laxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos et prophetas duris angulis vsos propter afflicti onem carnis. et petrum ad tempus deposuisse cingulum pro molestia carnis. Et fecit petrus iuxta mandatum āgeli. Et addidit angelus. Circunda tibi vestimentū tuum et sequere me. Et exiēs sequebatur eum. et nesciebat verū esse qō fiebat per angelum. i. non putabat ita ī rei veritate fieri. sed yma ginarie ostendi. vnde sequitur estimabat se visū videre et hoc sibi ostensum ymaginarie visione. Transeuntes aūt primam

custodiā.i.custodes carceris custodie deputatos. et scdam.i. duos quaterniões. vel primā custodiā.i. primā quaternionē cum suis. et secundā.i. secundā quaternionē cū suis. venerunt ad portam ferream. que ducit ad ciuitatē. que putatur fuisse in atrio carceris. Carcer autem habebat atrium et erat in exteriori parte ciuitatis. siue extra ciuitatem. et vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum. et continuo discessit angelus ab eo. vt sciret se in rei veritate. de carcere eductum qui putabat se. hoc ymaginare ostensum. Et tunc ad se reuersus. i. ad mentem suā. quia fuerat in maximo stupore dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Et considerans vbi esset. venit ad domū marie matris iohannis. qui cognoīatur marcus non euangelista. vbi erant. multi congregati causa orationis. vt orarēt pro petro Et cōpulsaret petrus ad ianuā. egressa est puella vt videret nomine rode. et vt cognouit vocē petri. pre gaudio nō apperuit ianuam. sed retro currens nunciauit petrum stare ante ianuam. et dixerunt illam insanire. scientes petrum incarnatū esse. Illa aūt affirmabat rem sic se habere. Alij autē ex eis dicebāt angelus petri ē. Super quē locū dicit iheron. tantā dignitatē esse animax. vt vnaquex ab ortu natiuitatis sue habeat āgelū sibi ī custodiā deputatū. petrus aūt pseuerāter pulsabat: et cū apperuerūt viderūt eū. et obstupuerūt. Et īnuit eis manu vt tacerēt. et vt sub silentio miraculū viderent vel audirent. vel forte ideo ne clamore gaudentiū aduētus eiꝰ in ciuitate propalaret. et narrauit quō eduxit eū dns de carcere et ait. Nūciate hoc iacobo et frībꝰ eiꝰ .iacobo. s. alphei epo iherosolimox. quia alter iam fuerat decollatus ab herode. et egressus alia nocte abijt ī aliū locū. timore herodis et iudeox

De custodientibus petrum. et de morte herodis.

CRastina autē die post eductionē petri de carcere: erat non parua dubitatio inter milites et custodes. quidnā factum esset de petro. Vnde apparet quia clausum reliquerat carcerē. Alioquin non esset ambiguum eum euasisse. herodes autem cum requisisset eum et non inuenisset diligenter inquirens de custodibus vtrum noscent quidnam factum esset de eo iussit eos adduci ad se vt vindicaret in eos non tamen uindicauit domino procurante. vt solucio petri nulli noceret. Imminente enim negocio. descendit herodes a iudea in cesariam palestine propīquans tyro et sydoni: vt noceret tyrijs et sydonis. quibus iratus erat. Qđ audientes tyrij et sydonij venerunt ad blastum qui erat cubicularius herodis et custos thesaurorum eius. quia erat amicꝰ eorum et patronus. et eo interprete: reconsiliati sunt herodi. Nō .n. poterant sustinere īimicicias regis tam vicini. Sequēti autē die herodes vestitus veste regali. sedebat pro tribunali apud eos. et cōcionabat ad eos herodes. blādiens eis. populꝰ autem acclamabat dei voces. Et nō homines. i. exhibebant ei laudes deo debitas et non homini. et dum adulatorijs fauoribus demulceret: et oblatos sibi diuinos honores non respueret respiciens supra se vidit imminentem et insistentem capiti suo in funiculo angelum. i. bubonem mortis eius proxime nūcium. Et tunc vt tradit iosephus inclinanit se ad eos qui sibi applaudebāt. et dixit eis. En ego deus noster morior. Sciebat autem iuxta qꝑ dixerat ei augur cum traheretur ad carcerē se post visionē bubonis. infra quinqꝫ dies moriturum. Et confestī vt habet in hystoria. percussit eum angelꝰ domini. i. facta est vindicta dei super eum. quia per quinqꝫ dies ventris dolore cruciatꝰ

est. Et corrodebant vermes viscera eius. et ita paulatim consumptus a vermibus expirauit. Deliquid autem filium qui dictus est agrippa nō cognomīatus herodes qui adhuc rome erat nec. habuit totū regnū patris sed partem. habuit autē terram duarum tribuum. et dimidie vltra iordanem. vnde legitur q̄ fideles de iudea imminente euersione. iherusalem vt ad ammonitionem angeli secesserunt in regno agrippe istius .s. filij herodis agrippe.

Hucvsq; incidentia narrauit.

ET nunc redit hystoria ad ordinem suum. Et cōtinuat ei q̄ supradictum est collectam factam a fidelibus antiochie missas pauperibus in iherusalem. per barnabā et saulum. Qđ autem inter sertum est de herode de morte iacobi. de incarnatione et liberatione petri. quasi incidens fuit. Prosequit ergo. de reditu barnabe et sauli a ierosolimis. hystoria in hunc modum. verbum domini crescebat et multiplicabatur. barnabas autem et saulus reuersi sunt ab iherosolimis. assumpto secum iohanne qui cognominatur marchus. post expletum ministerium. Erant autem in ecclesia que erat antiochie populi qui venerāt a iherosolimis prophete. et doctores inter quos erat symō qui cognomīabatur niger. et lucius cyrenēsis. et manahen qui erat herodis tetrarche collectaneus. i. eodem lacte nutritꝰ. Et possunt idem accipi prophete et doctores. vel ita potest distīgui prophete de futuris et doctores de preteritis. Et vide quia iste symon dictus est a calore niger: si sit latinum vocabulum. vel si est hebreum dictus est niger: quasi ascendens. s. de virtute in virtutem. Niger autē hebreum interpretatur ascendens. Ministrantibus autē illis domino et ieiunantibus. dixit ei spiritꝰ sanctus. Segregate

m barnabā et paulū ī opus ad quos assumpsi eos. Qui audito consilio spiritus sancti: remiserunt saulum et barnabā ī iheru salem ad petrum et iacobum et iohānem qui erant ibi. Qui gauisi sunt audito mandato angeli. vel spiritus sancti. et ieiunantes etorantes imposuerunt eis manus in modis ordinā dorum. Utrum autem preter manuum impositionem aliam ordinis solempnitatem circa eos celebrauerunt incertum ē. Nec de ordinatiōe apostolorꝫ aliquid legitur. vel ꝙ dominus imposuerit eis manus. de petro tamen certum habetur ꝙ antiochiam missam celebrauerit. sed potuit sufficere apostolis pro ordinatione. ꝙ dictum ē eis a domino. Hoc facite ī meā cōmemorationem. Et licet nō īterfuerit barnabas et paul9. tamen quia postea. electi sunt ad apostolatum consilio spirit9 sancti. forsan in hoc fuerunt priuilegiati. nec alia solēpnitas ordinationis. circa eos celebrata est. Quia multi ī primitiua ecclesia sine hac solempnitate ordinationis ad sacerdotiū promoti sunt. Etiam multi laici sine diaconio et precedentibus ordinibus sacerdotes facti sunt. Et imponentes eis manus dimiserunt eos. Et ipsi quidem missi sunt a spiritu sancto. eodē duce itineris qui separauerat eos a ceteris. abierūt seleuchā et inde naugauerunt cyprum. Et cum vēissent salamian: predicabant verbum dei in synagogis iudeorum. propter reuerētiam siue duriciam eorum. et habebant secum in ministerio predicationis iohannem qui cognominabatur marchus.

De mago pseudo prophēta.

ET cum perambulassent vniuersam insulam. s. cyprum vsq; paphum. inuenerunt quemdam virum magum pseudo prophetam iudeum, cui nomen erat barian. qui erat

cū sergio paulo viro prudente. qui erat hō magne dignitatis Erat enim proconsul. i. secundus a consule. hic accersitis. s. barnaba et saulo. desiderabat audire verbum dei. tñ resistebat elimas magus. Et vide quia alterum nomē est interpretatio alterius. Elimas enim interpretatur magus et sic nomen co/mune maleficorum appropriatum est isti. Saulus autem qui et paulus repletus spiritu sancto intuēs in eū dixit. O plene omni dolo et omni fallacia fili diaboli. et īimice omnis iusti cie non desinis subuertere vias domini rectas. Nota qꝫ dictū ē saul⁹ qui et paulus. Tradunt enim sancti qꝫ a sergio paulo ad fidem conuerso: dict⁹ est paul⁹. Unde hic prius fit mēcio de hoc nomine paulus. Solus origenes dicit. quia semp fuit binomius dictus. s. saulus et paulus. vel in acceptioē apostolatus prior sortitus est hoc nomen. vt qui prior a saule persecutore dicebatur saulus. de superbo factus est humilis. pro saulo dictus est paul⁹. quasi modicus et humilis. Unde quasi nomen suum interpretando dicit se minimum apostolorum. videtur autē terciodecimo āno a passione domini promot⁹ ad apostolatum cum barnaba. et sortitus pauli vocabulum. et terciodecimo profectus est ad magisteriū gentium: cui satis consonat ecclesiastica hystoria. vbi legitur preceptū. apostolis esse. vt post passionem per. xij. annos predicarent ī iudea Terciodecimo autem anno ceperunt paulatī trāsire ad gētes. Nondum tamen ex toto. postea omnino exierūt de finib⁹ iudee et nunc inquit. ecce manus domini super te. i. vindicta dei exercebitur in te. Eris enim cecus lumine capitis: sicut es cecus lumine mentis. non videns ad tempus solem materialē quia non vides solem iusticie per fidem. Et confestim cecidit in eum caligo et tenebre. et circuens quasi in modū ceci. i. in circuitu se vertens: querebat qui manū ei daret vt duceret

eū. Et statī proconsul viso miraculo: credidit super doctrina domini admirans.

De discessu iohannis ab eis.

Cum autem a papho nauigasset paulus et barnabas cū eo. venerunt pergens ad ciuitatem pamphilie. et tunc iohannes discedens ab eis: reuersus est iherosolimam vnde venerat cum eis. et forsan reprehensibilis fuit causa quia discessit ab eis. et hec fuit causa discidij inter paulum et barnabam. de qua habebis inferius. paulus vero et barnabas venerunt antiochiam pisidie. Qđ additū est ad differentiā alterius antiochie. que dicitur antiochia syrie. quam nunc adhuc vocamus antiochiam. qui olim dicebatur reblata. Et ingressi i synagogam die sabbati sederunt quasi audituri et legem nō predicaturi. Post lectionem autem legis et prophetarum. dixerunt ad eos principes synagoge. viri fratres si quis est in vobis sermo exhortationis: dicite.

De predicatione pauli et barnabe in synagoga.

Surgens autem paulus et manu silentium indicens aggressus ē facere grandem sermonem. inchoās ab altiori Viri inquit israhelite et qui timetis deum de gētibus audite deus plebis israhel patres vestros elegit. et exaltauit plebem cum essent incole in egypto seruientes i luto et latere. de qua eduxit eos in manu forti. et. xl. annis sustinuit mores eorum pessimos in deserto introducens eos postea i terrā promissam et destruens. vij. gentes que habitant in ea. Sorte distribuit terram quasi post. cccc. l. annos Et intelligendum est a nati uitate ysaac. A cuius natiuitate vsq; ad exitū israhel de egypto

fluxerunt anni. cccc. v. Postea completis. xl. annis ī deserto et. v. in terra chanaan diuisa est terra et a natiuitate ysaac vsq; ad diuisionem terre fluxerunt. cccc. l. āni et post. cccc. l. annos dedit dominus populo suo iudices. quia exinde fuit populus dei sub iudicibus. vsq; ad tempus samuelis. et exinde postulauerūt sibi regem. et dedit eis saulem qui regnauit. xl. annis computatis simul annis samuelis. Sic enim habetur in chronicis hebreorum. et eo sublato de medio suscitauit eis dauid regem. Cui testimoniū phibens ait. Inueni virū scōm cor meum. Ex cui⁹ semine suscitauit deus ihesum saluatorem israhel cui⁹ aduentus p̄co fuit iohānes.

Adhuc de eodem.

Viri īquit fratres filij generis abraham. et qui iter vos sunt de gētib⁹ timentes deum vobis specialiter verbū salutis hui⁹ missum ē. Qui enī habitant ī iherusalē et principes eius hunc ignorantes esse ihesum. ignorantes etiam et voces prophetarum. que per omne sabbatum leguntur. ad iudicātes eum morti. eas impleuerunt nescientes. Deus vero suscitauit eū tercia die a mortuis. et visus ē per. xl. dies ab his qui simul ascenderunt cum eo de galilea in iherusalē. qui vsq; nunc sunt testes eius ad plebem. et nos vobis annūcia⁹ eam que ad patres nostros repromissio facta est. qm̄ hāc deus adimpleuit filijs vestris resuscitans ihesum. Notum ergo sit vobis viri fratres. quia per hunc vobis remissio peccatorū annunciatur ab omnibus. s. peccatis. quibus non potuistis in lege moysi iustificari. Qui credit in hunc iustificatur. Videte ergo ne sitis contēptores ne veniat sup vos vīdicta dei qui contēptoribus minat in hūc modū. Videte admirātes ne dispdimini. quia opus operor in diebus vestris qđ nō creditis. i. qz nō creditis opus qđ operabor ī diebus vr̄is. s. incarnationē.

Quare transierunt ad gentes.

Exeuntib9 autem illis: rogabāt vt in sequenti sabbato loquerētur adhuc in synagoga. Et cum egrederet̄ de synagoga multi iudeorum et aduenarum. i. gentiliū vel iudeox et dispersione venientium. secuti sunt paulum et barnabam. Sequenti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit vt audiret verbum dei. Qō videntes iudei repleti sunt zelo inuidie. Quo cōmoti ceperant contradicere hijs que dicebant̄ a paulo blasphemantes. blasphem9 enim est qui ex inuidia obloquitur veritati. Tunc repleti zelo dei paulus et barnabas constanter dixerunt. Vobis oportet primum loqui verbum dei iuxta verbum domini dicentis. Nō sum missus nisi ad oues que perierant dom9 israhel. Sed quia repellitis illud et indignos nos facitis: Ecce conuertimur ad gentes. Et nota cum hic legatur hoc dictum a paulo et barnaba ī antiochia pzesidie que nō in iudea est sed in grecia. In plurisq; locis legitur dictum ab apstolis in iudea. Sed cum vellent transire ad gentes. Postq̄ per. xij. annos pzedicatum est in iudea. Ecce non moueat te. Quia potuit vtrobiq; dici. Sic enim pzecepit nobis deus. posui te in lucem gentium. vt sis salus vsq; ad extremum terre. Et hec sunt in ysaia verba patris ad filium. Ac si diceret pater filio. Misi te vt post tenebras infidelitatis vsq; ad terminos terre. gentibus dissemines lucē veritatis. Sed cum specialiter dictum sit xp̄o non est contrarium q̄ hic legitur dictum de paulo. quia tm̄ est vnio capitis et membzorum. vt quod dictum est capiti: membra dictum reputent sibi. Sicut caput xpristus. persecutionem membzox reputat inflictam sibi dicens. Saule saule quid me perequeris.

De recepta predicatione a gentibus.

Audientes autem gentes mentionem de salute sua gauise sunt. et magnificabant deum. et crediderunt multi ex eis. Judei tamen zelo. i. liuore inuidie succensi. concitabant mulieres religiosas et primarias ciuitatis. et excitabāt persecutionem in paulum et barnabā. et eiecerūt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere de pedibus. iuxta qō dn̄s p̄cepat illis in testimoniū. venerunt yconiū. Et ingressi ciuitatem: locuti sunt ī synagoga. et credidit copiosa multitudo iudeoꝝ et grecoꝝ. et demorati sūt ibi multo tpe. fiducialiter p̄dicātes domino. predicationē infirmante eoꝝ miraculis. Nōnulli tñ de iudeis incredulitate ptinaces suscitauerūt. et ad iracūdiā concitauerunt animos gentiū aduersus credentes. et diuisa est ciuitas alijs iudeis fauentib⁹ illis apostolis. Et cū fact⁹ esset impetus gentiliū et iudeoꝝ cū principib⁹ suis. Ut contumelijs afficerēt apostolos et lapidarēt. i. lapidib⁹ fugarēt eos cōfugerūt ad ciuitates lichaonie. s. listrā et derben. Et cū hic dictū sit. Venerunt listram iuxta cōsequentiā sermonis in sequenti vbi dicit. Erat quidā infirmus listris. pocius dicē dū fuit listre. Sed potest nomē ciuitatis multiplicē habere declinationē. vt dicat listra listre. vel listre listraꝝ vel listris indeclinabile. vnde sequit. Erat vir quidem listris. qp greco consonat vbi habet. paulus et barnabas morabant ī listris Erat aūt vir iste infirmus pedib⁹ claudus ex vtero matris sue. et sedebat, quia nec ābulare nec stare poterat. nec vmq̄ ambulauerat. Hic audiuit paulum loquentē. Quem intuit⁹ paulus. et videns spiritu sancto reuelante. qp haberet fidem vt saluus fieret. s. tantā que ad salutē sufficeret vel videns. quia saluandū se crederet. dixit magna voce. In nomine dn̄i

nostri ihesu xpi. surge et ambula super pedes tuos rectus. et statim exiliit et ambulauit. Turbe autem cum viderent qđ fecerat paulus putabant ipsum et socium suū barnabam. deos esse. et in forma humana eos apparuisse. et leuauerunt vocē dicentes. Dii similes facti hominibus descenderunt ad nos. et vocabāt barnabā iouē. quia prior eē videbatur. paulū vero mercurium qui semper iuxta opinionem eorum iouem comitabatur. qui eloquens et litteratus fuisse traditur. et facūdiā hominib9 prestare putabatur. Unde mecurius quasi medius currens inter aures et līguas a latinis dicit̄. A grecis vero hermes quasi interpres dicitur. Sacerdos qđ iouis qui erat in ciuitate voluit sacrificare barnabe quasi ioui. Et auferēs tauros ad immolandum et coronas. ad ornandā faciem tēpli iuxta ritum gentilium. vel vt capitibus eorum imponeret. ad ornamentum aut pro aliqua alia religione nobis ignota vbi autem audierunt paul9 et barnabas qđ diuinos honores vellent eis exhibere: sciderunt vestimenta sua. qđ sepe fecerūt iudei audita blasphemia in deum. et prohibuerunt sibi talia exhiberi dicentes. se esse homines mortales qui potius venirant vt eos reuocarent ab ydolatria. et vix cedauerūt turbas ne sibi immolarent.

De persecutione quā passi sunt.

Demorantibus autem eis et docentibus in listra superuenerūt ab yconio et ātiochia iudei. et cōcitatis turbis ī persecutione pauli lapidabāt eum. eiecerunt eum quasi vile cadauer. existimātes eū esse mortuum. de qua lapidatiōe loquens ad chorinthios ait. Semel lapidatus sum. Postea discipuli eius circumdederunt eum assistentes ei: et respirauit Et nescientibus iudeis reportauerunt eum in ciuitatem et

conualuit. Et postea die profectus est cū barnaba in derben et predicauit ibi sicut fecerat ī listra. Postea redierūt p eas dē ciuitates. per quas venerant confirmantes fratres ī fide. et constituentes in magnis ciuitatibus presbiteros. i. episcopos quia eo tempore eodem nomine censebantur episcopi et presbiteri. et proinde constituerunt pro se episcopos quia erant migraturi et incerti. vtrum ad eos essent amplius reuersuri Et cum redeuntes transissent listram yconiam venerunt ad antiochiam pisidie. et transeuntes pisidiam venerunt in pāphiliā regionem. in qua est ciuitas pergen. in qua locuti sunt verbum dei. et descenderunt in italiam. et inde nauigauerunt antiochiam. vnde prius exierāt segregati a spiritu sancto ad predicationem euangelij.

De questione circumcisionis determinatiua.

Quoq; venissent antiochiam et congregassent fideles antiochenos: reuelauerunt eis quanta fecerat. deus p eos in gentibus. et morati sunt ibi nō modico tempore cum discipulis: et dum ibi moram facerent. descenderunt quidam de iudea cristiani adhuc tamē iudaizantes et fuerunt de secta pharizeorum. et facta est non minima seditio inter eos descendentes. et paulum et barnabam. quia predicabant fidem absq; legibus ad salutem non sufficere. et consencicbant eis multi veteri consuetudini imbuti. Et statuerunt vt pro hac lite dirimēda ascenderūt in iherusalē. ad maiores apostolos .s. ad petrū et ad iacobū epm iherosolimox. Et ascēdit paul9 cum barnaba assumpto et tyto. sicut ipe refert in epistola ad galathas. et qui descenderant de iudea ascenderunt contra eos de heresi. s. de secta phariseorum ad fidem conuersi. Qui cum veissent iherosolimam et essent in presentia apostolox petri

et iacobi et seniorū surrexerunt contrā paulum et barnabā dicentes. Oportere circumcidi fideles et seruare legē moysi et audita vtriusq; partis sententia. conuenerunt apostoli et seniores vt iudicarent super hoc. Et post multam discep-tationem et conquisitionem factam inter apostolos et seniores surgens petrus rationabiliter ostendit non esse imponendum populo fideli iugum legis. quia ipse consilio dei baptizauerat cornelium. et gentibus predicauit verbum euangelij. Et deus predicationem eius confirmauerat fide inundans corda eor̄ anteqū baptizarentur visibiliter. mittens super eos spiritū sanctum. nec indicēs eis obseruantiam legalium. Quid ergo inquit nunc temptatis imponere. iugum super seruices discipulorum. quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus: Et statim ceperūt paul9 et barnabas narrare. quanta signa et prodigia fecerat deus ī gētib9 per eos: et tacebat multitudo audiens. eos.

De sermone iacobi fratris domini.

Et facto silentio: locutus est iacobus adherens verbo petri. viri fratres inquit audite me. Symon narrauit quemadmodum deus primum visitauit gentes vocans eas ad fidem et testimonia prophetarum. et ī ductis ibi testionijs diuersor̄ prophetar̄. auctoritate pontificiali. protulit diffinitiuam sententiam dicens. propter quō ego iudico. non inquietari eos. qui ex gentibus conuertuntur ad deum. sed consulo vt dirigam9 ad eos epistolam vt abstineant se ab ydolatria et fornicatione et suffocato et sanguine. ydolatria siquidem in gētib9 maxīe pullulauerat fornicatio quasi naturale quoddā et null9 reat9 reputabat̄ ītер gētes. Ideo specialiter decreuerunt apostoli ista prohibere gentilibus. Erāt etiam proni ad

effundendū sanguinē. Consueuerunt etiam bibere sanguinem īmolatū dīīs suis. Ideo specialiter prohibiti sunt a sanguine effundendo vel bibendo. Quare autē ad litterā prohibuerūt eis animal suffocatū nō est satis perspicuum. sed placuit hoc consilium iacobi apostolis et seniorībus. Et comuni cōsensu elegerunt viros per quos mitterent epistolam cum paulo et barnaba iudā. s. et silam. et premissa ē salutatio in hūc modū.

Epistola missa conuersis ex gentibus.

Apostoli et seniores frēs hūiles fidelibꝰ frībꝰ ex gētibꝰ salutē. Fuit autē post salutationē hic contextꝰ epistole. Auditum est quia quidam descendentes de iudea turbauerūt vos euertentes animas vestras volentes vestris īponere ceruicibus iugum legis. Ideo de comuni consensu decreuimus eligere viros. et mittere ad vos cum carissimis viris nostris paulo et barnaba. Visum enim ē spiritui sancto et nobis vltra nichil vobis imponere omnes q̄p vt abstineatis ab immolationibus simulachrorꝝ a sanguine suffocato a fornicatione a quibus abstinentes bene agetis valete.

Quomodo consolati sunt conuersos ex gentibus.

Ascenderunt igitur paulus et barnabas in ātiochiam et duo illi missi sunt cum eis. Cumq; descendissent cōgregatā multitudine tradiderunt eis epistolam. Et audita cōsolatione de iugo legis nō imponendo sibi gauisi sunt fratres de gētibꝰ ad fidē cōuersi. Judas autē et silas cū eēnt prophete consolati sunt eos et multū confortauerunt in fide. Non est autem hic pretermittendum quia de prefato ascensu suo in

iherusalē p̄o dirimenda lite p̄etax̄ata scribit apostolus ad galathas in hȳs modis. Deinde post annos. xiiij. a conuersione mea ascendi iherosolimam cū barnaba assumpto et tyto et contuli cum eis euangelium qđ p̄edico in gentibus. Ex quo annorum numero colligitur q̄ eodem anno quo paulus ascendit iherosolimam. xiiij. a conuersione sua ascendit petr9 romā. et eodem anno sedit ī cathedra episcopali in qua sedit .xxv. annis. Quatuordecī vero et. xxv. reddunt. xxxix. Vicesimo autē v. anno a promotione beati petri in sedem romanā scilicet vltimo anno neronis passi sunt petrus et paulus. et sic trigintanouem a conuersione pauli. Vnde colligit paulū ad fidem conuersum eodem anno quo dominus passus est. cū constet petrum et paulū. xxxix. anno a passione domini qui fuit vltimus annus neronis passos esse martirium. Si autē legatur aliquando paulus conuersus ad fidem scđo anno a passione domini ītelligendum est scđo anno vsuali. primo tñ emergenti nō tamen eodem vsuali. sicut alibi determinatū ē. Quartodecimo ergo anno a passione domini. s. quarto anno claudij ascendit petrus romā. et sedit in cathedra episcopali .x. annis sub claudio. qui regnauit. xiiij. ānis et nero post eū totidem annis.

Determinat quando petrus sedit antiochie et quādo rome.

Potest autem queri quanto tpe sederet petrus in sede ātiochena. Cōstat enī q̄ sedit ātiochie. vij. ānis ī sede episcopali q̄ necessario de. vij. illorū. xiiij. oportet intelligi. qui a passione domini fluxerunt vsq̄ ad eius promotionē in sedē romanā. Post septē autē ānos quib9 sedit ī sede antiochena. cōsilio dīi de ihīm ascēdit romā. sed ī ascensu trāsiit p̄ ātiochiā vt cōfirmaret subditos suos ī fide. vt habetur in

cronicis ſubſtituit eudochium in ſede antiochena. Et in hoc tranſitu per antiochiā redargutus eſt a paulo quia comedens cum quibuſdam fratribus de iudea. timēs eos moleſtare diſcernebat cibos et ita cogebant. gentes iudaiſare. Vnde paulus ait. Cum veniſſet cephas antiochiam. ī faciem ei reſtiti.

De cauſa diſcenſionis iter paulum et barnabam.

Et autē āno quo aſcēdit petr⁹ de ātiochia romā. paulo et barnaba ātiochiā remanētib⁹. Erat quidā procurator ī iudea. qui p violentiā nolens ſibi vſurpare poteſtatem conſtituendi ſummum pontificē et mutandi pro arbitrio ſuo et vt poſſet ſummum ſacerdotem vnum vel duos conſtituere in eodem anno et videntes iudei q̄ non poſſent ei reſiſtere. petierunt ab eo liſcētiam conſulendi gaium imperatorem romanor̄. vt eius voluntate hanc poteſtatē optineret. alioquī deſiſteret et cōceſſit eis. Et cum miſiſſent nuncios romā. erat ibi agrippa filius herodis agrippe quem pater decedens in manu gaij dimiſerat. Gaius autē differebat eū mittere ī iudeā tamq̄ dominum. tū propter ſeuiciam iudeorum. tum propter temeritatem etatis eius. Iſte audiens q̄ cauſa populi ſui ageret: interceſſit pro eis et optinuit. Et reſcripſit gaius p̄fato procuratori vt ab huiuſmodi exactione deſiſteret et deſtitit. Et reſcripſit iudeis vt ſuper hoc gratias agerēt agrippe. Ad cuius interceſſionem hoc optinuerāt. Et iudei ſignificauerūt ei vt mitteret eis agrippam. et faceret eum tamq̄ regē et dominū. Ipſe tamen adhuc diſtulit. Poſtea vero quādo viſum eſt ei. miſit eum in iudeam non tamen reddidit ei totam terrā patris qui totum regnum auitum optinuerat. Sed dedit ei galaaditidem regionem. ſ. vltra iordanē. terram duaq̄ tribuū

et dimidie tribus. Et dedit ei potestatem cōstituendi summū
sacerdotem ī iherusalem pro arbitrio suo . quem negauerat
procuratori. Iste fuit agrippa ī cuiꝰ regnū successerūt fideles
a iudea imminente excidio iherusalem ab angelo premoniti
sicut habetur super matheū. Sed nūc prosequamur de paulo
et barnaba qui adhuc demorabantur in antiochia euangeli
zantes verbum dei.et iudas abierat sila. cum eis remanente
Post aliquos dies visum est eis commodum reuerti per ciui
tates in quibus predicauerunt verbum dei et visitare frēs
et confirmare eos in fide. Barnabas autem voluit habere ī
comitatu suo iohānē qui cognominatur marchus.paulꝰ aūt
noluit dicens. Non est hic assumendus quia ī fronte acies cō
stitutus nimis tepide steterat.et quia timore mortis a pre
dicatione destiterat.quādo scilicet a pamphilia descēdens re
uersus est in iherusalem. Ideoq; non erat assumendus ad pre
dicationē ne alios malo exemplo lederet. Et facta est discen
sio et discesserunt ab inuicem. Et excusant eos sancti. quia
non discesserunt odio commoniti. sed a spiritu sancto ad hoc
excitati. vt diuisi pluribus locis predicarent et plures lucri
facerent. Barnabas autem assumpto marcho nauigabat cy
prū. Ex eo autē qꝫ noluit dimittere eum perpenditur fuisse
eius cognatus.legūtur autem fuisse consobrini. Paulꝰ autē
profectus est assumpto sila: quē dominus ad hoc remanere
fecerat vt ei compateretur. Et perambulabat syriā et ciliciā
Postea venit in darben et lystram. vbi erat quidā cristianꝰ.
nomine timotheus filius mulieris vidue vel iudee natus de
patre gentili. cui perhibebant testimonium religionis ōnes
fideles qui erāt lystris. Hunc constituit paulus episcopū eoꝝ
sed circumcidit eum pro tollendo scandalo iudeoꝝ. ne scan
dalizarentur. qꝫ haberent episcopum incircumcisum non qꝫ

legalia post veritatem euangelij essent necessaria. paulatim tamen non subito iudeis erant tollenda. et quasi cum honore mater sepelienda erat. postea eduxit secum paulus timotheū et pertransiens per ciuitatem precipiebat obseruare decreta apostolorum et seniorum qui erant in iherusalem et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur.

Q6 prohibiti sunt apostoli ne irent quo vellent.

TRansseuntes autem phrigiam et galacie regionem volentes ire in asiam minorem prohibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominum. quia tunc non essent credituri. Nolunt ergo spiritus sanctus sanctum dari canibus et impios de contemptu perditionis grauius dampnari voluit etiam has prouintias alijs apostolis reseruari. Philippus namq; et iohannes predicauerunt in asia minori. Lucas in bithinia a qua similiter a spiritu sancto sunt prohibiti et ita due cause reddunt quare prohibiti sunt ab hijs prouincijs vel ne sanctum darent canibus. vel quia destinati erant a spiritu sancto alijs apostolis. Asia minor iohanni. bithinia luce vbi ait origenes de primicijs et de decimis dandis sacerdotibus reddit terciam causam. Dicit enim quia deus prouidens seruis suis alimoniam corporalem ab hijs prouincijs discipulos propter famem prohibuit propter illam scilicet maximam famem ī qua helena sustentauit fratres pauperes qui erant in iherusalem que facta est quarto anno claudij. Nec fuit hec helena mater constantini. sed regina abigenor cuius amore captꝰ rex abigenorum eam in vxorē accepit et concepit ex eo. Et cum nocte dormiret cum ea. et posuisset manum super vterum pregnantis: ab ea audita est vox in

hunc mundum. Vide ne ledas puerum. quia magnus futur⁹ est in mūdo. et audita voce huiuscemodi cum magna dili-gentia stupefactus dixit hec vxori sue. Postea puerum natū cum summa diligentia nutrierunt et mortuo patre: adhuc puer factus est rex. et cōmendatur ī multis. Et hec est causa cōmendationis. quia audiens vnum deū coli a iudeis coluit eundem. et suscepit circumcisionem iudeorum et ritus. Hui⁹ mater helena veniens iherusalem inuenit fratres fideles in iherusalem ī edia laborātes. quia erat tempus famis. et emit granum vnumqꝺq; qꝺ potuit īuenire quia attulerat argēti copiam ad emendum. et sustentauit fratres qui erant in ihe rusalem. Et cum adhuc esset ī iudea nunciatum est ei qꝺ mor tuus esset filius eius. et statim redīt. et fecit extrahi cadauer de sepulchro et reportauit in iudeam. et fecit non longe ab iherusalem extrui duo manseola. et in altero reposuit corpus filij. et precepit cum mortua esset in altero corpus suū reponi et sic factum est. Et adhuc apparent vestigia manseolorum et putāt multi decepti cē manseolū helene matris constātini

De visione que apparuit paulo nocte.

Omq; pertransissent asiā paulus et socij eius venerūt troaden. et ostensa est paulo visio per nocte. Apparuit enim ei vir macedo. i. angelus illius gentis. assimulatus est viro macedoni proprietate lingue vel forma speciali stans et deprecans eum et dicens. Transiens in macedoniam adiuua nos. Ex hoc verbo videtur homo fuisse non angelus. Non enim egent angeli auxilio nisi dei. Sed hec ait angelus assumpta persona macedonum. Vt autem vidit visum statī quesiuimus proficisci in macedoniam certi facti qꝺ vocasset

nos deus euangelizare eis. Et notā q̄ dictū est quesiuimus. Hic. n. primo ostendit lucas se comitē fuisse pauli. forte nūc primo adhesit ei. vnde nūq̄ in p̄cedenti ait uenim⁹. sed vbiq̄ venerunt et similia. Hic autem primum commiscuit se socijs pauli. Vide q̄ꝫ q̄ vbiq̄ dicitur. Erat vir macedo stās. super hoc verbo stans glosa habetur modica. Angeli semper stare dicuntur cui pleriq̄ adherentes in antiphona paschali. Sedit angelus emendate stetit. sed errant. Intelligendum est semper in hoc libro cum legantur. ī euangelio angeli sedisse ad monumentum. Nauigantes autem a troade recto cursu venerunt samotraciam. et sequenti die philepis. qui est prīa ciuitas macedonie. i. venientibus a mari. prima occurrit et erat colonia. Dicitur autem colonia ciuitas illa que defectu ībigenarū nouis cultoribus impletur. Vnde et colonia quasi a nouis cultoribus vel cultris dicitur. Fuimus enim ibi per dies aliquos et die sabbatorum egressi sumus extra portam iuxta flumen. vbi videbatur locus esse congruus orationi. i. locutiōi vel supplitationi. Orare nāq̄ accipit̄ pro supplicare.

Quomodo a muliere purpuraria recepti sunt.

Et sedentes loquebantur. mulieribus que conuenerant. et mulier quidam nomine lidda purpuraria ciuitatis tyatirenoꝝ audiebat nos loquētes. Potest aūt intelligi purpuraria quasi vtens purpura. quia forsan erat de regio seīe. vel potius purpuraria quasi textrix purpure. vel quia vendebat purpurā. Cum aūt baptizata esset et domus eius. tota d̄precata ē nos dicens. Si iudicatis me fidelem. intrate in domū meā. et manete mecū. Et ītrauimus coacti. Adhuc. n. abhorrebāt ītrare domos gētiliū pro vitādo scādala iudeoꝝ.

De spiritu phitonico a puella eiecto.

Factū est aūt exeūtibus nobis ad oratiōnē q̄ obuiaret nobis quedā puella habens spiritū phitonicū. Potest autem intelligi phitonissa operans arte magica. vel spiritu phitonico vexata. Hūs enī duobus modis discernit̄ in sacra scriptura. Hoc nomē phitonissa vel dicatur phitonissa qui p phitonicum spiritum suscitationem mortuoꝝ operatur. arte magica. vt que ad peticionem saulis ab inferis vocauit animam samuelis. vel pocius: pro ea spiritum immundum. Hec autem species artis magice ab appolline phitone inuenta ē et ab eius cognomine nominata ē. Dicitur enim phitonissa qui a spū phitonico possidet̄. et ea vtit̄. quasi organo suo ad diuinandum. qualiter hic pocius videt̄ accipi. et erat questu osa dominis suis. quia multum percipiebant emolimentum ex diuinatione ipsius. Hec subsecuta paulum et eius socios: clamabat dicens. Isti homines sunt serui dei excelsi qui annūciant nobis viam salutis. et sic clamabat multis diebꝰ. forte per bonum nature vel pocius spiritu sancto. spiritum phitonicum vt per eū verum loqueretur vrgente. Conuersus aūt paulus ipsa post eum clamante dixit spiritui immundo. Precipio tibi in noīe ihesu cristi exi ab ea. Et exīt eadem hora quia indignum erat vt verbum euangelij per eum spiritus mēdax annunciaret. Videntes aūt hec domini eius: sciētes quia maximum inde sumerent incommodum apprehenderunt paulum et silam. et duxerunt eos in forum ad principes et offerentes eos magistratibus dixerunt. Isti conturbant ciuitatem nostram cum sint iudei predicantes nouam quandam religionem. quā non licet nobis suscipere cum simꝰ romani Jam enim decretum erat a romanis vt nullus deus de nouo

colezet nisi approbante senatu et cucurrit aduersus eos magistratus scissis eor tunicis iusserunt eos virgis cedi et flagellatos miserūt in carcerē pcipientes custodi vt diligenter custodiret eos. Qui accepto mandato misit eos in carcerem interiorē. pedes eor stringens ligno.

De motu carceris.

MEdia autem nocte paulus et silas decantabāt ymnos et adorātes laudabant deum: etdū media nocte orarēt subito factus est terremotus. quo. s. omnia fundamenta carceris cōmota sunt. hostia aperta. vincula omniū qui erāt in carcere rupta. non solius pauli et sile sed alior. Expgefact? est custos carceris et videns ianuas carceris apertas euaginato gladio volebat se interficere autumans oēs incarceratos aufugisse. Et cū esset paulus in medio tenebrosi carceris videns hoc in spiritu exclamauit. Nichil tibi feceris mali. Vniuersi quos custodiebas hic sum?. Sciebat enī qp sibi volebat manū inicere. quia putabat omnes icarceratos aufugisse et petito lumine a ministris itrogressus est custos carceris et tremefactus tum pro hijs que facta fuerant in terremotu tum quia intellexerat paulus qp se vellet interficere procidit ad pedes pauli et sile. Ad quem illi. Credis in deum ihesum et saluus eris tu et domus tua tota. et locuti sunt ei verbū domini et omnibus qui erant in domo eius. et tollens eos in illa hora lauit plagas eorum et baptizatus est et sic lauit et lotus est.

Quomodo a magistratibus sunt dimissi.

QVmqz perduxisset eos ad domū suā aposuit mensam et letatus est cum omni domo sua credens in deum. et

q̄ dies factus esset. miserunt nuncios ad custodes carceris dicentes dimitte homines illos tā ꝑ despectos. Dimittebāt autem illos ne plures crederent: quia iam innotuerat eis miraculum. Et nunciauit custos carceris verba hec paulo. Miserūt magistratus vt dimittamini. Nunc igitur exeūtes ite in pace. Ad quem paulus. Miserunt nos in carcerem flagellatos publice licet indampnatos homines romanos. i. romano imperio subiectionē censi capite professos. et libertate romana donatos. et nunc occulte nos eiciunt. Non sic. Sed veniant ipsi et nos eiciant. Et cum renunciatum esset hoc magistratibus timuerunt audito ꝙ romani essent. et venientes eduxerūt eos et rogabant vt egrederentur de vrbe. et exeūtes transierunt per lidam et visis fratribus cōsolati sunt eos. et inde profecti venerunt thessalonicam. Vbi erat synagoga iudeorum. Paulus vt consueuerat intrauit synagogam et per tria sabbata. discernit eis de scripturis predicans cristum mortuū et resurrexisse. et crediderunt aliqui ex eis. Et adiuncti sunt paulo. et sile viri et mulieres non pauce. Et de proselitis et gētib9 multitudo magna. Zelātes autem iudei. et assumentes quosdam malos de vulgo concitauerunt ciuitatem aduersus eos.

Quomodo iason in inuidiam eoꝝ accusatus est.

Et venientes ad domū iasonis apud quem hospitati fuerant. querebāt eos producere in populum. Et non inuentis eis putantes a iasone fuisse occultatos. traxerunt iasonem et quosdam fratres ad principes ciuitatis dicētes Isti sunt qui orbem concitant quos suscepit iason. et ipsi suscipientes eos faciunt contra decreta cesaris. regem alium

dicentes esse ꝙ cesarē. et concitauerunt principes aduersus eos. Et accepta satisfactiōe. a iasoē et ceteris dimiserūt eos vt sicut in eos publica fuit manuum iniectio: ita et publica fiat eiectio. forte iason et alij fratres negauerūt se suscepisse eos. et ita si confessi sunt satisfecerunt. et per noctem dimiserunt paulum et silam in beroem. et introierunt in synagogam iudeorum. et predicauerunt ibi. et multi de beroensib⁹ crediderunt. et mulieres honeste non pauce.

Quid paulus athenis fecerit.

Q Taudientes iudei qui erāt thessalonice ꝙ a paulo predicaretur verbum dei in beroe. venerunt illuc concitantes multitudinem. et statim dimiserunt paulum fratres vt iret vsq; ad mare. quia magis persequebantur eum iudei eo ꝙ esset dux verbi. Silas autē et tymotheus remanserūt ibi. Qui autem deducebant paulum perduxerunt eum vsq; athenas. Et videns ciuitatem ydolatrie deditā. cito remisit ad timotheum et silam vt venirent ad eum. Et venerunt. et disputantes cum paulo epicurei. qui ponebant felicitatem hominis in sola voluptate corporis. Stoici in sola virtute animi. et inter se dissencientes in ipugnatione apostoli vna nimiter consenciebant dicētes. Quis vult semi verbius iste dicere. Vere seminator verborum erat. sed messor morum. De huius messione expectans vberem fructum. Alij autem dicebant nouorum demoniorum videtur annunciator esse. et apprehensum duxerunt ad ariopagum. i. ad vicum martis. i quo. s. erat templū martis. quia atheniēses singulos vicos denominabant. a dijs quos colebant. vt vicum in quo colebatur mars: vocabāt ariopagum. quia arioth dicitur mars

Vicum in quo colebatur pan vocabant panopagum. et ita a singulis dijs singulos vicos denominabāt. Erat autē vic⁹ excellentior ariopagijs. quia ibi erat curia magistratum. et scole liberalium arcium.

De ara ignoti dei.

ET cū esset paul⁹ ī p̄sentia philosophoꝝ dicebāt. Noua quedā ī aurib⁹ nostris possumus scire que sit hec doctrina noua. q. d. posses rationem reddere sup̄ hijs que dicis Stans ergo paulus in medio ariopagi dixit. Viri athenienses per omnia iudico vos supersticiosos. preteriens enim vidi simulachra vestra. Inter cetera enim inueni aram cui⁹ superscriptio hec erat: ignoto deo vel ignoti dei. ac si dicatur hec ara dedicata est ignoto deo. Singulis enim aris superponebatur tytulus. indicans cui essent dedicate. hunc īquit deum ignotum. cui hanc aram consecratis. ego annuncio vobis. Hic est deus qui fecit mundum. et omnia que in eo sunt in quo viuimus. mouemur: et sumus. Quomodo autem hec ara illi deo ignoto consecrata est: Hystoria actuum non prosequitur. Ideo nostrum est hoc supplere. s. dicere.

Qd philosophi athenienses dixerunt non pati.

DIe autem dominice passionis videntes philosophi qui athenis erāt tenebras factas super vniuersam superficiem terre. non potuerunt causam inuenire in naturalib⁹ causis. Et tandem ad hoc ducti sunt vt dicerent. q̄ deus nature paciebatur. Et dixerunt athenienses. Constituamus aram illi deo. et dedicata est ara. et superpositus est tytulus ignoto deo. et cum vellēt offerre holocausta et victimas illi

ignoto deo dixerunt philosophi. bonorū nostrorum nō eget sed facietis genuflectiones ante aram eius. et supplicabitis ei. quia non querit oblationem pecorum sed deuotionem animorum. hunc deum ignotum annunciabat eis paulus asserēs eum mortuum fuisse et resurrexisse ascendisse in celum. in fine orbem iudicaturum. Et cum predicasset resurrexionem mortuorum: quidam irridebant eum. quidam non respuebāt nec recipiebant dicētes. Audiemus de te hoc iterum. Exiuit paulus de medio eorum. et quidam adherentes ei crediderūt Inter quos fuit dyonisius ariopagita. quem postea ordinauit apostolus episcopum corinthiorum. Cuius conuersionis modū. quia ptermittit hystoria actuum nostrorꝫ ē supplere.

De dyonisio ariopagita.

Iste dyonisius magister erat in ariopago. et qꝫuis ad exhortationem pauli de facili crediderit: tamen non nisi post longam disceptationē pauli confessus est se credere Sed post multam disceptationem dum adhuc cū paulo disceptaret. forte transiit cecus per viam coram eis. Et statim ait dyonisius paulo. Si dixeris huic ceco. In nomine dei tui vide. et si viderit: ego statim credam. Sed ne vtaris verbis magicis. quia forte nosti verba que habeant huius efficatiā Respondit paulus ego prescribam tibi formam verborum hac: quit forma verborum dices huic. In nomine ihesu xpi nati de virgine. crucifixi. mortui. qui resurrexit. et ascendit in celum. vide. Et vt omnis tolleret suspicio: precepit paul9 dyonisio. vt ipse eadem verba proferret. Et ī eadem forma verborum dixit dyonisius ceco: vt videret. et statim vidit. et confessus est se credere. Et cū predicaret paulus athenis

et multos conuertisset. veit corinthū. Et ibi iuenit quēdā iudeum nomine aquilam cum vxore eius priscilla quos sepe commemorat apostolus. vbi salutat amicos suos. Isti nuper venerant de ytalia iudeis omnibus ex edicto claudij impera toris de regno eius exire compulsis. eo q vxorē eius agri pinam pre nimia familiaritate quam habebat cū eis. attrax erant ad ritus suos vt iā iudaizaret. Et hospitatus ē paul⁹ apostolus apud aquilam et priscillam. eo q eandem artem exercerent. quam et ipse consueuerat exercere de propria la bore manuum sibi victum acquirens. s. artem scenofactoriam Faciebant enī tentoria siue papiliones que necessaria erant indigenis terre propter immoderatum calorem. vel cōmena tibus vt dicatur ars scenofactoria. a scenos q interpretatur vmbra: vel scōm alios a scenos q interpretatur funis. Erant enim funicularij. et cum venissent silas. et tymotheus de ma cedonia. vbi dimiserat eos. predicabat paulus instāter ver bum euangelij coadiuuantib⁹ illis. et vilipendentib⁹ iudeis predicationē iuxta q preceperat dominus. excussit puluerē de pedibus in testimonium dicens illis. Mundus sum a san guine vestro: quia q̄tum in me fuit volui vos reuocare ab impietate vestra. sed quia pertinaces estis transeo ad gētes et migrans inde trāslit ad domū cuiusdā gentilis noīe tyti. cuius domus erat iuncta synagoge. Nec est hoc intelligendū de tyto cui apostol⁹ epistolas scripsit qui eius fuit discipul⁹ quē etiā circensem epm ordinauit. Et conuersus est crispus archisynagogus cum vniuersa familia sua. ille scilicet de quo apostolus ait scribens ad corinthios. Gracias ago deo meo: quia neminē ex vobis baptizaui nisi crispum et gaium. Et multi corinthioy audientes conuersionem eius. crediderunt et baptizati sunt. Et apparuit dns nocte paulo p visionem

dicens. Noli timere. sed loquere. et ne taceas. quia ego tecū sum et nemo apponet manum vt noceat tibi. et fuit ibi per annū et. vi. menses.

Qō iudei concitauerunt gallionem in paulum.

INsurrexerunt ergo iudei vnanimiter in paulum. et traxerunt eum ad presentiam gallionis qui erat procurator achate regionis in qua erat corinthus. Et accusauerūt eum quia contra legem predicaret: et locutus est gallio ad eos. Si argueritis hominem istum de aliquo scelere manifesto: super eo iudicarem. Sed quia disceptatio est de lege vestra non curo iudicare. Et videntes gentiles quia non foueret curator partem iudeorum coram eo. et apprehenderunt sosthenem principem synagoge et percutiebant eum. et nullus eorum erat cure procuratori. Paulus autem cum adhuc sustinuisset dies multos. et esse in cenchris qui est portꝰ corinthi. ascensurus nauē vt nauigio veniret in syriā. totondit comā quā nutrierat qz erat nazareus ex voto. Nazarei. n. ad tēpꝰ ex voto comā nutriebāt. et cōpleto tēpore voti radebāt. et i ignē sacrificij ponebant. Quidā codices habent totondērūt. vnde quidam hoc referunt ad aquilam et pscillam. Sed iheronimus et augustinus ad paulum hoc referunt.

Quomodo paulus disputabat cum iudeis.

ET venit paulus in syriam ducens secum aquilam et prisscillā. et cum venisset ephesum. ingressus synagogā disputabat cum iudeis. Et rogantibus illis vt cū eis āplius maneret nō consensit. sed valefaciēs fratribus. profectus est ab epheso. dimittens eis aquilam et prisscillam. ipse autem

perambulauit galachiam et phrigiam: cōfirmando fratres Et cum esset epheſi aquila et priſcilla venit epheſum quidā iudeus noimne apollo. allexandrinus genere. vir facundꝰ et pitꝰ in ſcripturis. Iſte baptizatꝰ erat baptiſmo iohannis. et tā credebat criſtum eſſe meſſiam in lege promiſſum. et rede ſenciebat de patre et filio. Sed nil adhuc audiebat de ſpiritu ſancto. Et cum viderent eū aquila et priſcilla: fiducialiter p̄dicantem aſſumpſerunt eum et diligentius expoſuerunt ei vnum deum verum. vtrum autem baptizauerūt eū baptiſmo criſti non legitur. Cum autem vellet venire cozinthū aquila et priſcilla. et ceteri fideles. qui erant epheſi ſcripſerunt fidelibus qui erant cozinthi vt ſuſciperent eum ne abhozrerent eum tamq̄ iudeum. Et cum veniſſet cozinthum multum obtulit fratribꝰ qui erant cozinthi. Vehemēter enī cōuincebat iudeos vnde multi fratres confirmati ſunt.

Quō baptizati ſunt qui baptiſmum iohānis accepant.

Factum eſt autem cum apollo eſſet cozinthi. vt paulꝰ peragratis ſuperiozibus partibus vēiret epheſum. et inueniret quoſdam diſcipulos a iohanne baptizatos. nondū tamen in fide confirmatos. quia poſt baptiſmū non accepāt manuum ip̄oſitionem. et interrogauit eos. Accepiſtis ne ſpiritum ſanctum credentes. i. manuum impoſitionem qua datꝰ ſpiritus ſanctus. Ad quem illi. Sed nec de ſpiritu ſancto mētionem audiuimus. Ad quos ille. Non ſufficit baptiſmus iohannis. Et ſtatim baptizati ſunt in nomine domini ihesu criſti. Et cum impoſuiſſet eis manus poſt baptiſmum acceperunt ſpiritum ſanctum. et loquebant̄ varijs līguis. quia quidam eozum prophetabāt predicentes futura. Erāt autē

omnes fere. xij. forte. xi. vel. xij. erant. Et est appositum fere ad tempamentum. Et predicauit ibi apostolus cum fiducia per tres menses. disputans et suadens de regno dei. Et qui prius prohibit9 erat a spiritu sancto p̄dicare in asia minori nūc eodē spiritu inspirāte: predicabat ephesi. Ex quo patet q̄ admiranda sunt iudicia dei. Cum autem predicaret ephesi quidā obstinati. et in incredulitate pertinaces. maledicebāt doctrine eius coram omni multitudine. Discedens autem ab eis segregauit secum discipulos disputans in scola cuiusdam tiranni. i. nobilis. vel forte nomē proprium est illius a quo domum conduxerat in qua docebat discipulos suos. tam q̄ regens scolas. Et hoc fecit per biennium. et in eodem biēnio scripsit epistolam primam ad corinthios. et faciebat deus magnas et multas virtutes per manus eius ita vt sanarēt̄ languidi quib9 superponebant̄ semicinia. Dicuntur aūt semicinia vestes tm̄ ab vno latere pēdentes. vel quedā zone. vel quedā capitis ornamenta. vel quoddam genus sudarij quo hebrei vtuntur. quo laborantium sudor abstergitur.

De potestate nominis ihesu.

Tentes autem quidam exorciste. q̄ ad inuocationem nominis ihesu cristi paulus eiceret dæmones. excogitauerunt vti eadem forma verborū ad eiectionem dæmonū quia licet per exorcismos salomonis dæmoēs eicerent. nō tm̄ absq̄ labore multo. s. quib9dā herbis et gēmis adhibitis vt tradit iosephꝰ. vt ergo facilius eicerēt dæmones admirabāt eos in hunc modum. Adiuro vos per ihesum quem paulus predicat: et sic exibant dæmones ab obsessis. Erant autē. vij. filij sene principis sacerdotū: que p̄cipue adiurabant dæmoēs

in hunc modum. Et dum in quadam die adiurarent demoēs vt exirent a corpore obsesso. Respondit eis demon. Ihesum noui et paulum noui. Sed vos qui estis? et insiliens in eos verberauit eos egregie. Et increbuit fama per vniuersam regionē. Et incussus ē timor omnibus exorcistis et magis. vt nō auderent amplius demones in hūc modū adiurare. Et congregati sunt omnes magi qui per artem magicam impabant demonibꝰ: et conbusserunt libros suos ante pedes pauli Postea paulus proposuit ire iherusalem et inde romam. premisit autem timotheum. et erastum in macedoniam ad preparandas collectas quas erat delaturus in iherusalem ad opꝰ pauperum. qui erant ī iherusalem. Ipse autem ad tempus remansit in asia minori.

De tumultu excitato per demetrium.

ET facta est in tempore illo turbatio magna in epheso Demetrius enim argentarius qui faciebat edes et ymagines argenteas diane: conuocauit opifices operis eiusdem et locutus est eis ī hunc modum. Scitis quia de huiusmodi artificio multum nobis lucrum comparamus: paulus autem predicat non esse deos manufactos. Si ergo inualuerit eius doctrina: nil amplius lucrabimur. et etiam templum magne diane pro nichilo reputabitur. et maiestas eius destruetur. quam veneratur vniuersus orbis. Et statim ira repleti clamauerunt vnanimiter discurrentes per ciuitatem magna diana ephesorū. et rapto gaio et aristarto socijs pauli. traxerunt eos in teatrum in spectaculum. s. in quo rei puniebant et cum paulus hoc audito vellet venire in teatrum. non formidans obicere se morti dissuasum est ei a quibusdā amicis suis propter cōuentū populi. Postꝙ autē cessauit tumultꝰ.

vocatis paulus discipulis exhortatus ē eos. et valefaciens eis profectus est ī macedonia. et inde athenas. vbi cū fuisset tribus mensibus posite sunt ei insidie a iudeis in syriam nauigaturo: scientibus q̄ deferret collectas. Olim cum esset vacuus viator: non proposuerunt illi insidias. Habuit igitur cōsilium vt reuertet̄ in macedoniam: vt ita vitaret insidias. Quidam autem de sociis eius profecti sunt recta via. et precedentes nos dicit lucas: sustinuerunt nos troade p circuitū venientes. nos vero nauigauimus per dies azimorum philepas que est prima ciuitas macedonie. et in quinq̄ diebus venimus troadem. vbi demorati fuimus septem diebus. vna autem sabbati cum parandinaremus. disputabat paulus cū eis in crastino profecturus. et protraxit sermonē vsq̄ ī mediam noctem. et erant lampades copiose in cenaculo. vbi congregati eramus.

De mortuo suscitato a paulo.

Et cum sederet quidam adolescens super fenestram et grauaret̄ sompno: cecidit de tercio cenaculo deorsum. et sublatus de terra oblatus est paulo mortuus. et dicebatur eutichus. Ad quem cum descendisset paulus incubuit sup eū et complexus eum ait. Nolite turbari. Anima enim ipsius adhuc in eo est. Hoc autem ait: vt tolleret desperationem ab eis. Simili verbo vsus est dominus dicens. Puella non est mortua sed dormit. Et suscitatus est adolescens. et gustauit cibum et confortatus est. Sic inter verba predicationis occasio occurrat curationis. vt ostensione miraculi firmaretur doctrina pauli. et vt arcius infrigeretur eorum mentib⁹ memoria magistri ab eis discessuri. Nos autē ascendentes dicit lucas nauigauimus in asson. vt ibi exspectaremus paulum.

Sic enim dispoſuerat viam per terram iter facturus et cū
rediſſet ad nos aſſumpto eo venimus miletum. propoſuerat
.n. paulus in tranſitu nauigare epheſum: moram non faciū
feſtinabat enim ſi poſſibile eſſet vt in die pentecoſten eſſet
iheroſolimis. Et a mileto tamē nō nauigauit ſed miſit ephe
ſum. et vocauit maiores eccleſie. et vocati venerunt ad eū
miletum. et exortatus ē eos dicens ſe aſcendere in iheruſalē
Ecce inquit alligatus ſum. i. ſpiritu ſancto me ad incoartan
te vado in iheruſalem que ibi euētura michi ſunt ignorans.
licet ſpiritus ſanctus michi per alios detеſtetur. quia vīcula
et tribulationes me ibi manent. Aliquando enim reuelarēt
ſpiritus ſanctus de ipſo qꝫ non ipſi. ſed nichil inquit horum
verior. nec facio animam meam. i. vitam temporalem preci-
oſiorem qꝫ me. i. quam animam meam dum conſumi valeam
miniſterium qđ accepi a dño ihesu. et teſtificari euangelū
gracie dei. et nunc ecce ſcio quia amplius nō videbitis faciē
meam. Et poſt multam exortationem poſitis genubus vna
cum omnibus illis orauit. Et procumbentes ſuper collum
pauli. flentes oſculabantur eum. dolentes maxime de eo qđ
dixerat quoniam faciem eius non erunt amplius viſuri. et
deduxerūt eum vſqꝫ ad nauem. Et abſtracti ab eis trāſeūtes
multas vrbes et regiones venimns tyrum vbi manſimus
.vij. diebus. Inuentis ibi quibuſdam diſcipulis per ſpiritū
prophеticum paulo predicentibus que illi euentura erant ī
iheruſalem et diſſuadentibus ne aſcenderet in iheruſalem.
Poſtea profecti ſumus deducētibus nos omnibus cum vxo
ribus et filiīs. foras vſqꝫ ciuitatem. Et valefaciens eis aſcē
dimus nauem. illi autem redierunt in ſua. nos vero deſcen-
dimus ptholomaidem. et ſalutatis fratribus: manſimus vna
die apud eos.

De hoc ꝙ agabus paulo predicit.

Altera autem die venimus cesaream. et intrauimus domū philippi dyaconi. huic erant. quatuor filie virgines prophetisse. predicentes paulo ꝙ erat ei eenturum in iherusalem. Et cum moraretur ibi per aliquot dies. superuenit propheta quidam a iudea nomine agabus. Qui cum venisset ad nos tulit zonam pauli. et ligans sibi manus et pedes ait. Hoc dicit spiritus sanctus. virum cuius est hec zona sic alligabunt in iherusalem iudei. Et tradent in manꝰ gentium. Hec audientes rogabamus eum nos. et qui erant loci illius. vt non ascenderet in iherusalem. Et respondit. Quid fletis affligientes cor meum? Ego enim non solum alligari. sed etiam mori in iherusalem paratus sum propter nomen domini nostri ihesu. Et cum nō possemus ei dissuadere quieuimus dicentes. Domini fiat voluntas. postea prepati ascendimus in iherusalem. et non nulli de discipulis qui erāt in cesarea nobiscū adducentes iasonē hospitē nostrū. Et cū venissemus iherusalem. libēter exceperunt nos fratres. Sequēti autem die intrauit paulus nobiscum ad iacobum qui erat episcopus iherosolimorum. De quo dicit beda sup hunc locum. quia. xxx. annis rexit ecclesiam iherosolimitarum. s. vsqz ad. vij. annum neronis qui secundum iosephum excerebratus est pertica fullonis. Beda dicit quia precipitatꝰ est de templo. Alibi legit ꝙ lapidatus ē et potuit esse. ꝙ postꝙ pcipitauerunt eū: lapidauerunt eū quasi vile cadauer. Sed cum dicat beda iacobum mortuum. vij. āno neronis palam est nō esse auctēticum. quia legit in epistola clementis iuxta tenorem illius epistole dicit se mandatum accepisse a petro: cui successit ī apostolatum. vt post mortem eius iacobo epō

epistolas destinaret. vt ab eo instrueretur. Sed cum iacob⁹ episcop⁹ mortuus sit. vij. anno neronis. et petr⁹ vixit vsq; ad. xiiij. constat hoc nichil esse.

De eo quos obtulit de consilio scōm legem.

Cum autem intrasset paulus ad iacobum. collecti sunt seniores quibus salutatis narrabat per singula que et ꝯta fecerat deus in gentibus per ministeriū eius. que cū audissent magnificabāt deū. et dixerunt paulo. vides frater quot milia sunt in iudeis qui crediderūt. Omnes tamen ad huc sunt emulatores legis. volentes pariter cū fide susceptā obseruare legalia. et audierūt de te. ꝙ predices abolitionē legis. et eis odibilis factus es quasi destructor legis moysi. Cōueniet ergo multitudo audiens te superuenisse. vnde consulimus tibi vt sanctifices te scōm leges cū quatuor qui habent votum super se. vt sic appareat falsa opinio que inerebuit de te et statuerunt de eius consensu vt iudeis ad fidem conuersis non prohiberetur obseruatio legalium: dumtaxat non ponerent spem in eis. et distingue quatuor synodos in primitiua ecclesia iherosolimis celebratas. Primam de substitutione mathie. loco iude. Secundam de electione. vij. diaconorum. Terciam a legalibus qua statutum est conuersis ad fidem ex gentibus non esse imponēdum onus legalium. quādo ascenderunt paulus et barnabas de antiochia in ihr̄lm. Quartam de qua hic agitur. qua statutum est nō prohiberi iudeos a legalib⁹ obseruanciis. dūmodo nō ponerēt spē i eis

Qō ligatus est paulus a presidē ad peticionē iudeorum.

Altera die purificatus paulus cum quatuor viris intrauit templū cum eis: et obtulit oblationem suam sicut alij. Consummatis autem. vij. diebus iudei qui venerunt de asia paulum. cum vidissent eum in templo quia viderant ephesum tropheum deambulantem cum eo per ciuitatem putauerunt qꝫ introduxisset eum ī templum hominem. s. gētilē et concitauerunt omnē populum contra eum. et iniecerunt manus ī eum dicentes. Viri fratres israhelite adiuuate. hic est homo qui cōtra populum et legem locum istum predicat vbiqꝫ terrarum. Insuper et gentiles induxit in templum. et contaminauit locum sanctum. Commota est ergo vniuersa ciuitas: et facta ē contentio populi et apprehendentes paulū traxerūt extra templum. et clauserunt. ianuas ne refugeret in templum. Et querētib⁹ eum occidere. nunciatum est tribuno cohortis. s. claudio lysie. qui missus fuerat a felice presidē. et cum assumptis militibus et centurionibus occurrisset videntes eum. desierunt percutere paulum. et apprehendit paulum. et iussit ligari catbenis duabus donec de causa ei⁹ cognouisset. Et cum non posset audire pre tumultu: iussit eū duci in castra. s. in turrim regiam. et cum venisset ad gradū forte ad gradum templi vel ad gradum domus propie portabat paulus a militibus propter impetum populi. Sequebatur enim eū omnis populus clamans tolle eum ad mortē. s. Et cum adduceretur paulus in castra: ait tribuno. licet michi aliquid loqui ad te? Ad quem tribunus. Nosti grecā linguā? ait. Noui. Locut⁹ ē enī tribun⁹ ei grece ne iudei intelligerent. Numquid tu es ille egyptius qui ante hos dies tu multum cōcitauit. et inde eduxit secum in desertum quatuor milia virox sicariox: Joseph⁹ dicit qꝫ cū plurib⁹ milib⁹. et potuit primo venire cū pauciorib⁹ postea habere plura.

De egypto qui populum seduxerat.

Egyptius iste per artem magicā sibi cōparauerat nomē prophete. et congregatis. xxx. milib⁹ iudeoꝝ eos ꝑ desertū ꝑduxit vsq; ad mōtē oliueti. volēs irruere ī ihr̄lm vt. eam caperet. sed occurrens ei felix preses cum multis milib⁹ armatoꝝ fugauit eū cū paucis. et alios occidit. Respondens paul⁹ tribuno ait. Homo sum iudeus nō egipcius a tharso cilicie non ignote ciuitatis municeps. non est natus tamen in tharso. sed in opido galilee nomine giscallo quo capto a romanis translatus est tharsum cum parentibus. et ibi educat⁹ vnde ab educatione se dicit tharsensem. licet ī giscallo fuit natus. sicut crist⁹ nazarenus dicit̄ cū tn̄ in bethleem fuit natus. non est educatus in tharso. sed in municipijs adiacētibus ciuitati. vnde non vocat se ciuē. sed municipem. a municipio et territorio ciuitatis in quo nutritus est. Dicuntur autē municipia castra adiacencia ciuitati. que munia. i. munera debita vel tributa soluunt ciuitati.

Qd cognitus a preside permissus est loqui populo.

In sequentibus autem magis declaratur quare se dixerit paul⁹ ciuem romanum. Et est summa quia pater suus per obsequiorum diligētiam sibi comparauerat graciā romanorum. et donatus est ab eis romana libertate. cuius rōanus ipse et heredes sui. Et sic iure hereditario habebat paulus consortiū romane ciuilitatis. Rogo te permitte me loqui ad populum. Et permissus cepit loqui hebraice. ꝙ audientes prestiterunt magis ei silentiū. Viri fratres ego sum homo hebreus nat⁹ in tharso cilicie. nutritus in hac ciuitate

secus pedes gamalielis. et ab eo eruditus. et fui emulator legis sicut et vos. et persecutus sum cristianos. cuius rei testis est michi princeps sacerdotum. a quo accepi litteras in damasco. vt si quos ibi inuenirem cristianos: vinctos adducerē cheruſalem. Postea prosecutus est quomodo percussit eum dominus cecitate in via. quomodo conuersus et baptizatꝰ ab anania. quomodo post multum circuitum de damasco rediit in iheruſalem. et dum oraret in templo: factus est in extasi. et vidit et audiuit cristum dicentem sibi. Festina et exi velociter de iheruſalem quoniam nō recipient testiōniū tuū de me. ad quem ipse tunc respondit. Domine ipsi sciunt quoniā ego persequebar sectatores nominis cristiani. et iterfui lapidationi stephani. custodiens vestimēta lapidantium. q. diceret debet eis sufficere hoc exemplum conuersionis mee. Et dominus ad eum. Vade quoniam ad nationes longe mittam te. q. d. Nec propter hoc credent tibi iudei et ideo mittā te ad gentes que tam loco q̄ animo a iudeis sunt longe.

Qō ciuem romanum se dixit.

Dum vsq; ad hoc verbum ī silentio audissent eū iudei. audito quia destinatus esset gentibus vnanimiter vociferati sunt proicientes vestimenta sua. et puluerem iactantes in aera pre magnitudine tristicie quasi furorem exprimentes. dicentes tribuno. Tolle de terra hominē huiusmodi Non enim est fas eum audire. et iussit eum tribunus duci in castra. in turrem. s. illam que dicebatur autonia et agrippina. et cedi flagellis et torqueri. vt ita non occiderent eū. tormentis eis saciati. Et cum astrinxissent eum lorīs dixit paulus astante centurione. Licet vobis flagellare hominem

romanum indempnatum. i. de nullo reatu ordine iudiciario conuictum. Quo audito accessit centurio ad tribunum dicēs Quid acturus es? hic homo ciuis romanus ēst. Et accedēs tribunus ad paulū: quesiuit ab eo an romanus esset. Et cōfessus est. Et ait tribunus. Ego multa summa pecunie hanc ciuilitatem emi. Ego inquit paulus in ea natus sum. quia pater suus vt pretaxatum est anteqū gigneret eum compata sibi gratia romanorum ciuilitate romana datum est ab eis in se. et in heredibus suis. Et statim discesserūt qui erant eū torturi. quia timuit tribunus audito. q̄ esset ciuis roman⁹

De scismate moto inter iudeos industria pauli.

POstera autē die tribunus volēs scire diligencius causam accusatioīs pauli. soluit eum et iussit sacerdotes conuenire ad consilium. et producens paulun. statuit illum inter eos et cepit palam loqui concilio. Viri inquit fratres ego omni conscientia bona conuersatus sum apud deum: vsq̄ in hodiernum diem. et statim princeps sacerdotum ananias precepit astantibus vt percuterent os eius. quasi impudēter gloziantis. Ad quem paulus. Percutiet te deus pies dealbate. q. d. vīdicabit ī te deus. o. ypocrita. quia cū sedeas sup cathedram moysi. q. scōm legē videris iudicare. et iudicas contra legem. quia cum me reputes blasphemum non me iudicas legis ordine. Que precepit blasphemum extra castra educi. et eductum ab omni populo lapidari. vel forte prophetauit paulus de abolitione sacerdotij iudeorum dicens: Percuciet te deus. q. d. destruet deus sacerdotium tuū. s. sacerdotium iudeorum. Tunc qui astabant dixerunt. summum sacerdotem dei maledicis. Tunc paulus ait. Nesciebam frēs

esse principem sacerdotum. Reuera si hoc scirem reus essem Scriptum est enim principem populi tui non maledices. vi quasi mistice ait. se nescire. i. sacerdotium iudeorum reprobatum esse. sed licet nouerit hunc nō esse vere principem sacerdotum: tamen temperate. Respondit instruens alios vt modestius se habeant erga prelatos suos. Tunc timens paulus impetum iudeorum excogitauit qꝫ moueret scisma inter eos Et cum presentes essent pharisei et saducei coram omnibus professus est se esse. de secta phariseorum vt ita consiliaret sibi animos eorum et eoꝝ beneficio euaderet manus alioꝝ Et cum professus esset facta est dissencio magna iter eos. s. phariseos et saduceos.

Quomodo confortauit eum dominus.

Quc exurgētes quidam phariseorum pugnabant pro paulo contra saduceos dicētes. Nichil mali inuenimꝰ in homine isto. quid si spiritus locutus sit ei vel angelus. et hoc autem contra saduceos dixerunt negantes spiritum esse vel angelum vel animam. Et cum tanta facta esset dissencio timens tribunus ne disperderetur paulus a saduceis. s. volētibus eum rapere. iussit milites descendere. et rapere eum de medio eorum. ac deducere eum in castra. et sic factum est. Sequēnti autem nocte apparuit dominus paulo dicens. Cōstās esto. quasi ita enim testificatꝰ es de me in iherusalem. sic te oportet et rome testificari.

Quomodo coniuratum est in mortem pauli.

Facto autem die collegerunt se quidam ex iudeis. et deuouerant se maledictioni si comederent vel biberent

donec occiderent paulū. pro quo in greco habet anatematizauerunt. et erant plusquam. xl. viri qui hanc coniurationem fecerunt. et accesserunt ad principes sacerdotum et seniores dicētes. deuocione deuenimus nos nichil gustaturos donec occidamus paulum. Persuadete ergo tribuno vt ad huc producat eum in medium ad vos. tamq̄ aliquid. sitius certius de eo cognituri. Nos vero parati erimus et interficiemus eum. Forte hoc audiens nepos pauli filius sororis eius intrauit in castra. et nunciauit hoc paulo. Et aduocans paulus vnum de centurionibus: ait adolescentem hunc produc ad tribunum. habet enim aliquid iudicare illi. Et cum veniisset adolescens ad tribunum: exposuit ei dolos et insidias iudeorum contra paulum. Tūc dimittens tribunus adolescentem. precepit ei ne alicui hoc reuelaret. Et conuocatis duobus centurionibus: ait illis parate milites ducentos vt eant vsq̄ cesaream pedestres. et equites. lxx. qui. s. non eant pedestres. et lancearios ducētos. a tercia hora noctis. Et prate iumenta. x. paulo et comitibus suis. et perducite eum sanum. et incolumen ad felicem presidem.

Cō ante presidem contra tertullium pretendit

Scripsit tribunus presidi epistolam in hunc modum. Claudius lysias optimo presidi felici: salutem. Nec seruauit q̄ in epistolis nostris seruamus. Non enim nomen excellencioris persone premisit. immo nomē suum premisit. qui erat inferior persona pside postea exposuit in epistola sua causam accusationis pauli. et modū et ordinē accusacōis Cumq̄ veniissent nuncij cesaream cum paulo tradita epistola presidi. statuerunt paulum ante eum. et epistola perlecta.

cognito ꝙ essent de cilicia ait preses. Audiam te cum accu-
satores tui venerunt. Et iussit eum custodiri in pretorio he
rodis. post quīqꝫ autem dies descendit princeps sacerdotum
ananias cum senioribus et cum oratore quodā tertullio qui
erat aduocatus eorum. et perorauit tertullius ante felicem.
et in multis accusauit paulum. postea annuente preside respō
dit paulus. ostēdens quia nichil dignum morte commiserat
et ꝙ persequebantur eum iudei pro veritate. s. quia predi-
cabat resurrectionem. et audito ꝙ esset controuersia de lege
eorum. paruipendens felix: ait. Audiam vos cum tribunus
lysias descenderit. Et iussit paulum esse ī libera custodia. vt
libere posset egredi et īgredi. et deābulare. et nō prohiberet
quisq̄ de suis ei mīstrare. Post aliquos vero dies. felix veīt
cū vxore sua drusilla. et vocauit paulū. Drusilla ista iudea
erat et pulcherrima quam olim concupierat lazitus rex ama
sonum. Et cum vellet eam ducere. negauit dicens. nullo mō
nuberet īcircumciso. postae ille circumcidit se et duxit eā.

Quō felix volebat pecuniam extorquere a paulo.

Cum autem missus esset felix a claudio: preses iudee.
sollicitabat eam per iudeos vt nuberet ei. Et tandem
ad hoc inducta est exemplo cognate sue beronice que olim
dimisso viro suo nupserat diciori scilicet agrippe regi filio
herodis agrippe qui habebat terrā vltra iordanē. Dimisso
igitur priori viro. s. lazito rege amasonum. nupsit drusilla fe
lici. Hec drucilla quia iudea erat libenter audiebat paulum
de fide que est in ihesum cristum. et cum disputaret paulus
de iusticia. et castitate et iudicio futuro. tremefactus est p̄ses
audiēs se iudicādum. Vade inquit. quia tempora oportuno

accersiã te. Hec autẽ dicebat sperãs aliquid ab eo acceptur. putabat enim paulum habere pecuniam vnde frequencius accersiẽs eum loquebatur cum eo. Biennio autem completo successit festus felici missus a nerone. Si autem iutelligatur biennio a presidatu felicis non poterit stare. Nota cum a lõ ge retro constitutus esset preses a claudio. festus autem mis sus a nerone qui successit claudio. si enim intelligatur bien nio ab accusatione pauli: nec sic poterit stare. Non enim iã fluxerant duo anni ex quo venerat in iherusalem. intelligen dum ergo est a biennio ab accusatione felicis ex quo scilicet accusatus est a iudeis.

De sedicione orta inter iudeos et gentiles

ORta est enim dissentio inter iudeos et gentiles in ce sarea de honore ciuilitatis. Judei enim preferebant se gentilibus. quia herodes ascolonita. qui circumcisionem accepit fuerat conditor ciuitatis. et appellauerant eã cesareã in honorem cesaris. Gentiles se preferebant iudeis dicentes ꝙ a gentibus facta est primaria edificatio ciuitatis. que an teꝙ reedificaretur ab herode. dicta est pirgostratonis. Felix autem primo fouit partem iudeorum. donec exhausit mar supia eorum. Postea fouit partem gentilium in tantum ꝙ militibꝰ gentilium dedit liscenciam intrandi domos iudeor et diripiendi bona eorum. vnde accusatus est a iudeis ad ne ronem. et biennio ab accusatione amotus est a presidatu. et substitutus est ei festus. Volens autem in fine presidatus sui placere iudeis. reliquit paulum vinctum. Festus autem cũ uenisset in prouinciam: post triduum ascendit iherosolimam a cesarea. Et rogauerunt eũ principes sacerdotũ et primi iu deorum. vt iuberet adduci paulum in iherusalem. parantes

ei insidias. vt occiderent eum in via. Festus autem respōdit se in cesaream viuacius decessurum. et eorum accusationem si pariter descenderent ibidem auditurum.

De appellatione pauli.

Demoratus autem paucis diebus in iherusalem. descēdit in cesaream et sedit pro tribunali: et productus est paulus in medium et accusatus est ī multis ab hijs qui descenderant de iherusalem. sed nō poterant probare que obiciebantur ei. paulo in omnibus rationem reddente. Festus autem volens placere iudeis: ait paulo. Vis ascēdere in iherusalem. et de hijs iudicari apud me? Ad quem paulus. Ad tribunal cesaris sto. vbi oportet me iudicari. Erat autem sedes in cesarea iuxta quam stabat paulus. quam parauerat herodes cesari. vt in ea sederet si quando veniret in cesareā vel quos mitteret iudices. Excusabat autē se paulus dicēs. Judeis non nocui sicut nosti. si quid dignum morte commisi: volo mori. Si vero non commisi: nemo ē qui audeat me tradere illis quia ad cesarem appello. Tunc festus cum consilio respondens ait. Ad cesarem appellasti. ad cesarem ibis.

De hoc quod agrippa rogabat festum.

Et cū dies aliquot transacti essent. descendit rex agrippa in cesaream cum vxore sua beronice. Josephus dicit beronice. non est intelligendum qp fuerat eius vxor. sed quasi vxor. Erat enim soror eius. i. cognata secundum pdēoma hebreum. et tenerrime eam diligebat. et imponebatur ei qp abutebatur ea. Descendit autem rex agrippa in cesareā

audito q̄ esset ibi festus vt accusaret iudeos apud eum. Iste namq̄ agrippa infestus erat iudeis. quia cum accepisset potestatem a romano imperatore constituendi summum sacerdotem in iherusalem. constituebat eos sacerdotes qui non erant aaronite. Fecerat enim fenestram in palatio suo eminentem vnde poterat videre quecumq̄ fiebant in tēplo sacrificia. q̄ moleste iudei ferētes fecerant mur̄ oppositū fenestre eminentiorem fenestra. Venerat ergo specialiter agrippa rogaturus festum vt murum illum obzueret. Causa tamen descensus agrippe in cesaream. non narratur in hystoria actuū. sed iosephus supplet.

Qō perorauit paulus cotam festo et agrippa.

Quom descēdisset agrippa honorifice receptus est a festo Et cum per dies plures moram fecisset cū eo: cōsuluit eū quid faceret de paulo. Et exposita ei accusatione iudeor̄ cōtra paulū: respondit agrippa se velle videre paulum. Altera die venerunt agrippa et berenice. cum multa ambitione. i. cum multa turba eos ambiente. vel cum multa ambitione. i. cum multiplici apparatu vel cum multa ambitione. i. cū mnlto desiderio ambiendi paulum. Et cum itroissent auditorium cū tribunis et viris principalibus ciuitatis. iubente festo adducū est paul9. Et dixit festus. Agrippa rex. et oēs vos qui simul adestis. videte hunc de quo vniuersa multitudo iudeor̄ iterpellauit me iherosolimis dicētes eū dignum. morte. Ego autem nichil in eo comperi dignum morte. ideo cum appellauerit ad augustum: eum romam mittere decreui. sed irrationabile michi videtur mittere eum vinctum. et causam ei9 nō significare. ideo consulo te super hoc rex agrippa. quia non habeo quid certum scribam de eo. Tunc agrippa ad paulum.

permittit tibi loqui pro te. Tunc paul9 extensa manu more concionantium. vel ad faciendum silentiū. cepit de omnibus reddere rationem super quibus accusabatur a iudeis. Postea beautm inquit me reputo rex agrippa. quia ī audientia tua sum responsurus. cum peritus sis in lege mosi et noueris consuetudinem iudeorum. propter quod obsecro vt paciēter me audias. et prosecutus est modum cōuersionis sue: et sup quo accusaretur a iudeis. Et post multos sermones pauli: respōdit fest9 voce magna. Insanis paule. multe lre faciunt te insanire. Non insanio inquit optime feste. sed veritatis et sobrietatis verba eloquor. Scit enim hoc rex agrippa in cuius presentia loquor. nichil horū eū latere arbitror neq; enim quitq; horum in āgulo factum est. Credis agrippa prophetis? Scio quia credis. Ad quem agrippa. In modico suades me fieri cristianum? Ad quem paulus. Opto apud deū non tantum te. sed et omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis ego sum exceptis vinculis meis. nolo enim vinculatos esse.

Quomodo paulus missus est romam.

Tunc surrexit rex et preses et beronice et qui assidebāt eis. et cum secessissent loquebantur ad inuicem dicentes. Nichil dignum morte aut vinculis fecit homo iste. Et ait agrippa ad festum. Dimitti poterat homo iste si non appellasset ad cesarem: et decreuit agrippa qui appellauerat mittendum esse ad cesarem. Et traditus est paulus iulio cēturioni cohortis auguste militum. s. qui missi fuerant ab augusto. et pariter miserunt romā nuncios iudei contra agrippam aduersum quem multas habebant querelas quia vt supra pretaxauimus constituerat hysmahelem summū sacerdotē

cum non esset de genere aarō. Et hic ponit iosephus catha logum sacerdotū qui fuerant ab institutione sacerdotiū vsq; ad terminum eiusdem sub distinctione trium temporum. Ab aaron: vsq; ad tempus dauid. et fuerunt singuli. xiiij. vnus post alium. in sexcentis. xij. annis et succedebant filiis patribus primogenitus filius aaron. s. eleazar successit ei in summū sacerdotē filius eleazar successit ei. et ita in posterꝝ. Nam de ythamar non erant summi sacerdotes sed minores. nisi pauci. circa tempora daud. Nam in heli translatum ē sacerdotium ad filios ythamar. Abiethar qꝫ erat de ythamar quē depposuit salomon. et eius loco statuit sadoch de eleazar.

Qō incidenter narrat de sacerdotibus iudeorum.

Dauid autem volens ampliare cultum dei videns qꝺ nō sufficeret vnus summus sacerdos amministrationem quia si infirmaretur: non erat interim qui incensum poneret qō necesse erat singulis diebus offerri. Instituit vigintiqua tuor summos sacerdotes quorū. xvi. erant de genere eleazar .viij. de genere ythamar. vnus tamen illorum ex. vigītiqua tuor. erat summus qui dicebatur princeps sacerdotum. Administrabant autem per septimanas. qui iure hereditario deuolute sunt ad posteros eorꝝ. et vnusquisq;. xxiiij. summorū sacerdotum cū admīstrabat secū habebat. xxiiij. minores sacerdotes et totidem leuitas. et totidē ianitores. duplicato numero nathinneorum. Fuerunt autem. xviij. principes sacerdotum. a tempore dauid vsq; ad transmigrationem babilonis in quadrīgentis. lx. annis. A transmigratione aūt cessauit sacerdotū vsq; ad reditū de captiuitate sub zorobabel et ihesu magno sacerdote. et inde vsq; ad tēpa machabeorꝝ.

fuit tempus sacerdocij. Tempus autem machabeorum non deputatur sacerdocio. quia idem erant duces et sacerdotes. et sic vsq; ad herodem qui fecit occidi quotquot inueniebat de genere sacerdotum. ne iterum ad eos deuolueretur regnum et vendebat summum sacerdotium quandoq; vni et q̃nq; plurib⁹ simul et diuidebat summum sacerdotium. Et fuerunt oīno vsq; ad euersionem iherusalem .xxviij. summi sacerdotes. A tempore autem herodis vsq; ad euersionem iherusalem non ponit iosephus summam annorum. sed constat fuisse. c. v. cum herodes ante natiuitatem domini. xxx. annis regnauerit. et domin⁹. xxxiij. ānis vixerit. et a morte domini vsq; ad euersionem iherusalem. xlij. anni fluxerunt Sed de hijs hactenus est.

De tempestate in mari quā predixerat paulus.

TRaditus est paulus iulio centurioni. vt pretaxatum est. et dedit dominus gratiam paulo in oculis eius vt humāe tractaret eū. nec prohiberet amicos eius in ciuitatibus per quas transibāt ei ministrare. Prosequit ergo lucas de progressu itineris ascendentes inquit nauem ad rumetinā incepimus nauigare circa asie loca. Quidam sillabicādo volunt distīguere ad rumetiuam vt dicatur scōm eos nauis ad rumetīa quasi ad roētina. s. romā tendens. sed melius a noīe ciuitatis dicitur a rumetina. A rumetis enim est ciuitas affrice. Postea enumerat lucas ciuitates per quas transibāt quas non est necesse enumerare. nisi in quibus aliqua gesta sunt non pretermittenda. Inter cetera venerunt listram vbi habuit paulus plures amicos qui ministrauerant ei. Ibi inueniens centurio. nauem alexandrinam nauigātē in ytaliā

transposuit nos in eam dicit lucas. de naui .s. quam prius ascenderamus nos transtulit in illam et tamen multis diebꝰ nauigauimus lente vento.s.ire liberius prohibente. tādem adnauigauiꝰ crete. et inde vix deuenimus ī locum qui dicit boniportus. et ibi multo tempore fuimus non ausi ingredi in mare.cum non esset tuta nauigatio eo qꝙ iam ieiunium p̄ teriisset.i.fames magna in nauigio ad nauigandum reddens nautas infirmiores.vel de ieiunio.vij.mensis ītelligi potest qꝙ est inter diem propitiationis et scenophegie.s. inter decimam diem septembris.et.xv.et sic probat tutam non esse nauigationem. quia iam erat. septimus mensis qui inferiꝰ est hieme scōm hebreos qui aprilem primū computant. In hieme autem non est tutum nauigare.vel potest intelligi de ieiunio in memoriam mortis godolie instituto qō fit in fine septembris. vel de ieiunio decimi mensis.qō.s.fiebat in ianuario. qō instituerunt auditis rumoribus de constructione templi in babilonem.

De centurionis molestia.

Qm autem molestum esset centurioni et alīs qꝙ non possent nauigare.consolabat eos paulus dicens.Viri video forte ex signis tempestatis. vel in spiritu prophetico. quia non sine multo dampno non solum hominis et nauis. sed etiam animaꝝ vrāꝝ potestis nauigare. Centurio autem magis credidit nauclero siue nauiculario qꝙ paulo.i.dño nauis. Nauclerus enī dicit in cuiꝰ sortē cadit dīm nauis.cleros enī sors. Hoc autem compulit centurionem magis adquiescere nauclero qꝙ paulo. quia portus in quo erant non erat ydoneus ad hyemandum. et ideo consulebant omnes inde nauigare.s. quo modo possent ī alium portum consecuriorē

peruenire: qui magis ydoneus esset ad hyemandū. et contra consilium pauli aspirante austro ad portum propositum anhelantes intrauerūt mare. et cum aliquantulū processissent insurgens ventus typhonicus irruit contra nauem qui dicebatur euro aquilo. Dicitur autem ventus typhonicus. i. inflans mare. et faciens intumescere. Typhos interpretatur inflatio. Et cum arrepta esset nauis et non posset conari cōtra ventum: cessante nauigio ferebamur in incertum. et decurrentes ad insulam quandam que dicitur cauda vix potuim⁹ sustinere scapham. de naui in mare deposita in adiutoriū nauis quia impetu fluctuū fere rupta est. Scapha dicitur leuis nauicula de vna tm̄ arbore cōcauata. vel dicit⁹ modica nauis viminea crudo corio tecta cuiusmodi vtunt⁹ pyrate. et dicit⁹ a scaphon q⁹ interpretatur speculum. quia huiusmodi nauibus vtuntur pyrate ad speculandum et explorandum. et deferuntur huiusmodi nauicule in nauibus. et imminente naufragio deponuntur in mare ad subueniendū naui. quia hīs nauis accingitur. et in procinctu tempestatis armatur. Cū autem sic tempestate valida iactarent⁹ sequenti die fecerunt iactum. i. eiectionem vtensilium de naui.

Quomodo constitutos in periculo confortauit.

Et cum nec sol in die. nec in nocte sydera apparerent ablata est omnis spes salutis. et cum fuisset diuturnū ieiunium forte voluntarium pro amouenda tempestate. vel necessarium. quia forte artabantur penuria victualium omnibus proiectis in aquam stās paulus in medio eorum dixit Sanū erat cōsiliū. acquiescere michi et lucrifacere iniuriam hanc et iacturā. Nunc tm̄ suadeo vobis bono aīo esse. certi

estote quia nemo periclitabit ex vobis nec paciemini iactu
ram nisi nauis. Astitit enī michi hac nocte angelus domini
cui seruio dicēs. Ne timeas paule. cesari oportette assistere.
et ecce donauit tibi deus oēs qui nauigant tecum .i. merito
tuo conseruauit. vt nemo ex hīs periclitetur. propter qp in-
quit bono animo estote. Credo enim deo meo quia sic erit
quemadmodum dictum est michi. in insulam quandam
oportet nos venire. Ideo autem de hoc predicit eis verī-
tatem: vt videntes hoc impletum esse certius sperēt salutē
Sed postqp. xiiij. die nox supuenit circa mediā nocte suspica
bant naute sibi apparere aliquam regionem. et submittētes
pondus plūbi quo maris profunditas explorarur. inuenerūt
passus. xxij. et pusillum inde separati. inuenerunt passus. xv
et timentes ne in aspera loca inciderent. de puppi mittentes
anchoras quatuor. optabant diem fieri.

De constantia pauli.

Et cum vellent naute aufugere dimittentes scapham
in mare. videns hoc paulus ī spiritu: ait cēturiōi et mi
litibus. nisi manserint in naui hoīes isti: non potestis salui
fieri. Et statim milites abscīderunt funes scaphe. et abīit p
mare. Cum autem illucesserit dies rogabat paul9 omnes vt
sumerent cibum vt fortiores essent ad labores sustinendos
Quarta inquit decima dies est hodie ex quo expectastis sere
nitatem aeris. et ieiuni permanetis nichil accipiētes. forte
die illa nil comederant. vel forte dies plures sine cibo tran-
sierant. Confortamini inquit et cibum sumite quia nec eti ī
capillus de capite vestro peribit. Et hoc dicto sumebat pa
nas in conspectu omnium cū graciarum actione iuxta morē

solitū. Et cum fregisset cepit māducare. Alij q̄z aiequiores facti. sumpserunt cibum et erant anime in naui. cc. lxx.

Q̄ paul⁹ creditus est esse deus.

TUnc confortati cibo alleuiabant nauem iactantes triticū in mare. Cū aūt dies fact⁹ esset. nō cognoscebant terrā. Sinum autem quemdam considerabant litus vel portum habentem. in quem cogitabant si possent ducere nauē Et cum anchoras sustulissent committebant se mari sine conatu nauigij. Et eleuato artemone iuxta q̄ ventus eos ducebat. tendebāt ad litus. Artemo dicitur modicū velum directioni nauis potius accommodatum: q̄ celeritati. Et cum incidissent in bitalassum locum impegerūt nauē. Bitalassus quippe dicitur lingua terre ī mari protensa hinc et inde circumdata mari. et dicit bitalassus quasi mare bifidum. terre interiectu diuisum. Et cum nauis offendisset in bitalassum proza manebat immobilis. puppis vero frangebatur maris impetu superuenientis. et consulebāt milites omnes vinctos occidi. ne forte natando aufugerent. Centurio vero volens seruare paulum: prohibuit hoc fieri. Et permisit quot uot et quocumq̄z modo possent euadere et iuxta q̄ predixerat paulus euaserunt omnes. ingressi in insulam que vocabat mithilene. Et cum egressi essent barbari et habitatores insule. officia humanitatis diligenter exhibuerunt eis. Accēsa enim pyra reficiebant eos. Et dū colligeret paulus sarmēta et congereret in pyram: vipera īter sarmenta latens. adhesit manui eius. Cum autem viderent barbari viperam manui eius pendentem. et manum eius apprehendentem: dicebat ad inuicem. Vtiq̄z homicida est homo iste. Et cum de naufragio

euasisset: vlcio diuina eum amplius viuere non permittit. Excutiens autem paulus viperā ī ignem: nichil mali passus est. At illi exspectabant vt intumesceret manus eius: quia tumor solet sequi post venenum. Et cum diu exspectassent. et nullā ī manu deprehenderent lesionē: conuertentes facies suas ad se inuicem dicebant. homo iste deus est.

Quomodo sanauit principis patrem et alios.

QOntigit autem patrem publij principis insule febri bus et dissinteria laborare. ī. profluctione vētris. Ad quem cum paulus venisset et orando īposuisset manus sana uit eum. Quo facto oēs qui erant in insula infirmi accedebāt ad eum: et sanabātur. Post tres autem menses inuenerunt nauem alexandrinā. que ī insula mithilene hiemauerat. cui nomē erat castor vel castror insigne. s. cui insule quia adhuc apparebant ibi quorundam castrorum vestigia. que ātiquitus ibi fuerant edificata vel cui naui. quia in modū castror erant insignia velis intexta. Alia translatio habet. cui erat insigne castror quia gemini sunt castores. s. castor et pollux quos gētiles precipue in periculo maris inuocabāt. Et idco in littore maris eis templum fecerāt. Hoc autem ex alia trās latione euidētius est vbi dicitur cui erat insigne filior iouis fabula gentilium.

De fabula gentilium.

FAbulatus enim gentiles castorem et pollucem filios fuisse iouis. Cum autem ascendissent nauem multis honoribꝰ honorauerunt eos et posuerunt necessaria ī naui. et cum venissent syracusam manserunt ibi triduo. et inde

venerūt: regiū. Et īde post vnum diem flante austro: venerunt puteolos. pro quo alīj libri habent puteolosis. et est nomen insule vbi īuenerunt fratres et rogati ab eis: manserūt ibi. vij. diebus. Cum autem audissent aduentum eorum fratres qui erant rome: occurrerūt eis vsq; ad forum apij. i. ab apio in littore maris constitutum. vt de nocte applicantes ibi inuenirent victuala veniala. vbi constituerant tres tabernas tres. s. domos ī littore. ī quib9 exponebāt cibi venales.

Quomodo receptus est a fratribus xp̄ianis.

Et cum vidisset paulus fratres ad se venientes grās agens deo accepit fiduciam. minus. s. timuit. Et quia ante aduentum pauli iam rome erant cristiani: patet ex hoc loco petrum et paulum. non primum predicasse romanis. p̄ si quandoq; legatur de constitutione fidei intelligendū est non de primaria instructione: Cum autem venissent rome. nec erat nero confirmatus in regno nec inualuerat nequicia eius. Et audiens controuersiam esse de lege cristianorum et iudeor̄: vilipendit. Et p̄missus est paul9 libere ire ad ciuitatem cum vno tm̄ milite eam custodiente. Timuit autem ne forte iudei qui persecuti eū fuerāt in iudea misissent litteras ad iudeos qui erant rome vt in dolo occiderent eum. Idcoq; post tercium. diem conuocauit primos iudeorum. Et cum cō uenissent: dicebat eis fratres. Ego non veni gētem meam accusare: sed coactus sum appellare ad cesarem. quia iniuste traditus sum a iudeis ī manus romanorum. Propterea volo vos fratres scire quia nulla est causa mortis mee. nisi quia p̄ dico resurrectionem mortuorum. At illi dixerunt ad eum. Nec litteras accepimus de te a iudea. nec aduenies aliquis

fratrum locutus est de te malum. Volumꝰ autem a te audire que sentis de secta xpianoꝝ. cui adheres. Audiuimꝰ eī qꝝ ei vbiqꝫ cōtradicit. Et die assignata venerunt ad eū plures in hospitium suum. quibus exponebat legem et prophetas. predicans de ihesu a mane vsqꝫ ad vesperā. Et quidā credebant hīs qui dicebant. Alīj aūt non credebant. Et cū discederent dissentientes: cepit eos paulꝰ arguere ī hunc modum. Bene spiritus sanctꝰ de vobis locutus est per ysaiā dicēs. Vade ad populū istū. et dic ad eos. Aure audietis: nec ītelligetis: et videntes videbitis nec peipietis. Incrassatū ē ei cor populi huiꝰ et auribꝰ grauiter audierūt. et oculos suos cōpresserunt. ne forte videant oculis et auribꝰ audiant. et conuertant et sanē eos. Idcirco notum sit omnibꝰ vobis. qm̄ gentibꝰ missum est hoc salutare dei. et ipsi audiēt.

Quo tempore libere predicauit.

Mansit autem paulus toto biennio in hospitio qō ipse conduxerat in libera custodia. et suscipiebat ōnes qui ingrediebantur ad eum. predicans verbum dei. et docens de domino ihesu cristo cū omni fiducia sine omni prohibitiōe. Et vide quia ante aduentum pauli romam iam regnauerat nero duobus annis. Et veniēs romam p biennium fuit ibi in libera custodia. et postea p decēnium ī magis libera. quia nero nondum confirmatus erat in regno. Et dedit ei liberā licētiam deambulandi et circueundi per partes occidentis et predicandi.

Quo neronis imperij anno passus fuerit.

Quartodecimo vero anno imperij neronis. cum iā eiꝰ nequicia īualuisset: et iam ī iudeos cōspirasset. positꝰ

est paulus rome in carcerem. vbi multos de familia neronis conuertit. et familiaritatem senece magistri neronis sibi cõparauit. et eodem. xiiij. ãno vltimo. s. impij neronis martirio coronati sunt ipse et petrus. Vnde patet eos errare qui dicũt nõ eadem die eos occisos esse nisi ĩtelligatur eadem die reuoluto ãno qđ stare nõ potest. cum constet eodem anno. s. xiiij. esse occisos. et eadem die.

In quibus locis puniti fuerunt petrus et paulus.

De loco autem videntur minus dissentire quidam qui putant in eodem loco occisos esse. quia legit. Gloriosi principes terre. quõ in vita sua dilexerunt se ita et in morte non sunt separati. Pocius tamẽ videtur paulus tanq̃ ciuis honorabiliori morte occisus. quia gladiatus et ĩ cathatũbis versus occidentẽ. Petrus vero crucifixus ĩ vaticano vico. s. qui est extra ciuitatem. vbi fiebant dolia. et ita paulus honorabiliori morte mortuus est. Gladio enim perimebantur nobiles. et in loco magis honorabiliori. s. in cathatumbis.

Explicit secunda pars hystorie scholastice: que est de nouo testamento. Impressa in traiecto inferiori: per magistros Nycholaũ ketelaer et Gherardũ de Leempt. M°. cccc°. lxxiij°.